reuertebant cū incederēt
sed vnūq̄dq; ārte faciē suā
gradiebat. Silitudo aūt
vult⁹ eorū facies hois et
facies leonis: a dextris ip
sorū quatuor. Hec di. ℟.
Esaie 62.b. Super muros tuos hie-
rusalē constitui custodes
Tota die ⁊ nocte nō tace-
būt laudare nomē dn̄i. ℣.
Qui reminiscimini domi
ne ne taceatis: ne detis si-
lentiū ei. Tota. Lectio.v.
Facies aūt bouis a sini-
stris ipsoꝝ quatuor: et fa-
cies aq̄le desup ipsoꝝ qua
tuor. Et facies eoꝝ ⁊ pēne
eoꝝ extente desuper. Due
pēne singuloꝝ iungebant
et due tegebāt corpa eorū
et vnūq̄dq; eoꝝ coram fa-
cie sua ambulabat. Ubi
erat ipetus spūs illuc gra
diebant nec reuertebant
Dan. 3.d. cū ambularēt. ℟. Muro
tuo inexpugnabili circun
cinge nos dn̄e: et armis
tue potētie ptege nos sem
per. Libera nos de⁹ israel
clamantes ad te. ℣. Erue
nos in mirabilib⁹ tuis: et
da gl'iam noi tuo. Li. Lc.vi.
Et silitudo aialiū ⁊ aspe
ctus eorū quasi carbonū
ignis ardentium: ⁊ quasi
aspectus lāpadarū. Hec
erat visio discurrēs in me
dio aialiū: splendor ignis
⁊ de igne fulgur egrediēs
℟. Sustinuimus pacem Hier. 14.d.
et nō venit: q̄siuim⁹ bona
et ecce turbatio cognoui-
mus dn̄e pctā nostra. Nō
imperpetuū obliuiscaris
nos. ℣. Peccauimus cū
prib⁹ nr̄is: iniuste egim⁹/
iniq̄tatē fecim⁹. Nō. Glia.
Non. In.iii.noct. ℟. An- Dan. 13.c.
gustie michi sunt vndiq;
et q̄d eligā ignoro. Meli⁹
est michi incidere in ma-
nus hoim: q̄ derelinq̄re le
gem dei mei. ℣. Si eni hoc
egero mors mihi est: si au
tem nō egero: non effugiā
manus vestras. Melius.
℟. Laudabilis ppl's quē Esaie 19.d.
dn̄s exercituum benedixit
dicēs op⁹ manuū mearū
tu es hereditas mea isrl'
℣. Btā gēs cui⁹ ē dn̄s de⁹
ei⁹: ppl'us quē elegit in he
reditatē sibi. Hef. ℟. Mi- Dan. 6.f.
sit dn̄s angelū suū: ⁊ cclu

sit ora leonum. Et non me
ꝯtaminauerũt qꝛ corã eo
iustitia iuẽta est ĩ me. ℣.
ꝑ.56. Misit deꝰ m̃iam suã ⁊ ve-
ritatẽ suã aiaꝫ meã eripuit
de medio catulorũ leonũ.
Esaie Et. ℟. Qui celoꝝ cõtines
40.c. thronũ abyssum intueris
dñe rex regũ montes pon
deras terrã palmo cõclu-
dis. Exaudi nos deꝰ ĩ ge-
mitibꝰ nr̃is. ℣. Nõ eñi ĩ iu
stificationibꝰ nr̃is ꝓster-
nimꝰ ꝓces ante faciẽ tuã:
sꝫ ĩ miseratiõibꝰ tuis mul
tis. Ex. Glia. Ex. Rc. ꝑebõ.
Ezec. Et aialia ibant et re-
i.d. uertebant: in sĩitudi
nẽ fulguris chorŭscantis
Cumqꝫ aspicerẽ aialia ap-
paruit rota vna sup terrã
iuxta ea: q̃tuor habẽs fa-
cies. Et aspectus rotaꝝ: ⁊
opꝰ eaꝝ q̃si visio maris ⁊
vna sĩitudo ipsaꝝ q̃tuor.
Et aspectꝰ earũ et opa q̃si
si sit rota in medio rote.
Per q̃tuor ptes eaꝝ eun-
tes ibãt ⁊ nõ reuertebant
cũ ãbularẽt. Statura q̃qꝫ
erat rotis ⁊ altitudo ⁊ hor
ribilis aspectꝰ ⁊ totũ cor-
pus plenum oculis in cir-
cuitu ipsorum quatuor.
¶ Dominica.ij. Lectio.i.
Ezec. Cumqꝫ ambularẽt aia
i.e. lia: ãbulabãt pariter
et rote iuxta ea. Et cũ ele-
uarentur aialia de terra:
eleuabãtur simul et rote.
Quocunqꝫ ibat spũs illuc
eũte spũ et rote parit̃ ele-
uabantur sequẽtes eum.
Spũs eñi vite erat ĩ rotis
Cũ eũtibꝰ ibãt ⁊ cũ stanti-
bus stabãt. Et cũ eleuatis
a terra pariter eleuabãt ⁊
rote sequẽtes ea: qꝛ spũs
vite erat in rotis. Lectõ.ij.
Et similitudo super capi
ta aialiũ firmamẽti qua-
si aspectus christalli hor-
ribilis et extenti sup capi
ta eoꝝ desup. Sub firma-
mẽto aũt pẽne eorũ recte
alterꝰ ad alterũ. Unũqđ
qꝫ duabꝰ alis velabat cor
pus suum et alterũ simili
ter velabatur. Lectio.iij.
Et audiebat sonũ alarũ
q̃si sonũ aquarũ multaꝝ:
quasi sonũ sublimis dei.
Cum ambularẽt quasi so
nus erat multitudinis vt
sonus castroꝝ. Cumqꝫ sta-
rent demittebãtur penne
eorũ. Nã cũ fieret vox su-
pra firmamẽtũ qđ erat sup
caput eoꝝ stabant: ⁊ sub-
mittebãt alas suas. ℟.iiij.
Et super firmamentum
qđ erat imminens capiti
eorum quasi aspectus la-
pidis saphiri similitudo

throni. Et sup similitudi-
nem throni sil'itudo quasi
aspectus hois desuper. Et
vidi quasi speciem electri
velut aspectum ignis in-
trinsecus p circuitũ eius
a lũbis eius desuper. L.v.
Et a lũbis ei⁹ vsq deor-
sum vidi q̃si speciẽ ignis
splẽdẽtis i circuitu velut
aspectũ arc⁹ cũ fuerit in
nube in die pluuie. Hic e-
rat aspect⁹ splendoris per
gyrum. Lectio sexta.
Ezec. 2.e. Hec visio similitudis
glorie dñi. In diebus
illis. Factũ est verbũ dñi
ad ezechielẽ pphetam di
cens. Fili hois. Ecce ego
mitto te ad filios israel ad
gentes apostatrices q̃ re-
cesserunt a me. Hec dicit.
¶ Lectiones p ebdomad.
Patres eor puaricati
sunt pactũ meũ vsq
ad diẽ hãc: et filii dura fa-
cie ꝛ indomabili corde sũt
ad quos ego mitto te: ꝛ di
ces ad eos. Hec dicit dñs
deus. Si forte vel ipsi au-
diant et si forte quiescant
qm̃ dom⁹ exasperans est.
et scient qꝛ ppheta fuerit
in medio eorum. Tu ꝙ fili
hois ne timeas eos neq
metuas qm̃ increduli et
subuersores sunt tecũ: et
cum scorpionib⁹ tu habi-
tas. Tu ergo fili hois au-
di q̃cũq loquor ad te: ꝛ no
li esse exasperans sicut do
mus exasperatrix ẽ. Hec.
¶ Dñica tertia. Lectio.i.
Ezec. 2.d. Aperi os tuum et co-
mede oia q̃ tibi do.
Et vidi ꝛ ecce man⁹ missa
ad me in qua erat inuolu
tus liber/ꝛ expãdit illum
corã me/q̃ erat script⁹ int⁹
et foris: et scripte erant in
eo lamentationes et car-
men et ve. Lectio secũda.
Ezec. 3.a. Et dixit dñs ad me.
Fili hois qocunq in
ueneris comede. Comede
volumẽ istud ꝛ vadẽs loq̃
re ad filios isrl'. Et aperui
os meũ: et cibauit me vo-
lumine illo. Lectio tertia.
Et dixit ad me. Fili hois
vẽter tuus comedet ꝛ vi-
scera complebuntur volu
mine quod ego do tibi. Et
comedi volumen illud et
factũ est in ore meo tanq
mel dulce. Lectio quarta.
Dixit aũt dñs ad me. Fi
li hominis vade ad domũ
israel: ꝛ loq̃ris verba mea
ad eos. Nõ ei ad ppl'm p
fundi sermonis: et ignote
lingue tu mitteris ad do-
mũ israel quorũ nõ possis
audire sermones. Lco.v.

Et si ad illos mittereris ipsi audirēt te. Dom⁹ aūt israel noluīt audire te: q̄r noluīt audire me. Ois qp= pe dom⁹ israel attrita frō te est: et duro corde. Ecce dedi faciē tuā valētiorem facieb⁹ eor̄ ⁊ frōtē tuā du riorē frōtib⁹ eor̄. Lec. vi.

Ut adamantē ⁊ vt silicē dedi faciem tuā. Ne time as eos neq̄ metuas a fa= cie eor̄ q̄r domus exaspe= rās est ⁊ dixit dn̄s ad me. Fili hois om̄es sermones meos quos loquor ad te assume in corde tuo ⁊ au ribus tuis audi. Hec dic.

Lectiones per ebdom.

Ezec. 3. Et vade et ingredere ad trāsmigrationem ad filios ppl'i mei ⁊ loque ris ad eos: et dices eis. Hec dicit domin⁹ de⁹. Si forte audiāt ⁊ quiescāt: et assūpsit me spūs et audi= ui post me vocē cōmotio= nis magne bn̄dicta gl'ia dn̄i de loco suo et vocem alarū aialiū pcutientium altera ad alterā audiui ⁊ vocē rotar̄ sequentiū aia= lia ⁊ vocē cōmotionis ma gne. Spūs quoq̄ leuauit me ⁊ assumpsit me. ⁊ abij amarus in indignatione spirit⁹ mei. Manus enim domini erat mecum cōfor tans me. Et veni ad trans migrationē et ad aceruū nouarū frugū ad eos qui habitabant iuxta flumen chobar.

Dn̄ica quarta. Lectio .i. Ezechielis tertio

Et sedi vbi illi sedebāt et mansi ibi septē die bus merens in medio eo= rum. Ezec. 3.d. Cum autem pertrā sissent septē dies: factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis spe= culatorem dedi te domui isrl': et audies de ore meo verbum: et annunciabis eis ex me. Lectio secunda

Si dicente me ad impiū morte morieris: ⁊ non an nūciaueris ei neq̄ locut⁹ fueris vt reuertat̄ a via sua ipia ⁊ viuat: ipe ipi⁹ i iniquitate sua morieẗ: san guinē autem eius de ma nu tua requiram. Lec. iii.

Si aūt tu annūciaueris ipio ⁊ ille nō fuerit cōuer= sus ab ipietate sua ipse q̄= dē in iniqtate sua morieẗ: tu aūt animā tuā libera= sti: sed si cōuersus iust⁹ a iustitia sua fuerit: et fece= rit iniquitatē: ponā offen= diculum coram eo. Lec. iiii.

Ipse morieẗ q̄r nō annū= ciasti ei. In pctō suo mo=

rietur: τ nō erūt in memoria iustitie ei⁹ quas fecit. Sāguinē vero ei⁹ de manu tua requirā. Si autē tu annūciaueris iusto vt nō peccet iustus: τ ille nō peccauerit viuens viuet qr annūciasti ei et tu animā tuā liberasti. Lect.v.

Ezec. 3.d. Et facta est sup me manus dñi τ dixit ad me. In gredere τ includere i medio domus tue. Et tu fili hominis ecce data sūt super te vincula: τ ligabunt te in eis τ non egredieris in medio eoꝝ. Lectio.vi.

Et linguā tuā adherere faciam palato tuo: τ eris mutus nec quasi vir obiurgans/ qr dom⁹ exasperās est. Cū autē locutus fuero tibi aperiam os tuum: et dices ad eos. Hec dicit dominus deus qui audit audiat: τ qui quiescit quiescat/ quia domus exasperans est. ℭ Lectiones per ebdomadam.

Eze. 4.a. Et tu fili homis. Sume tibi laterē et pones eū corā te: et describes in eo ciuitatē hierl'm Et ordiabis aduersus eā obsidionem et edificabis munitiōes. et cōportabis aggerē τ dabis contra eā castra τ pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sagittā ferreā: pones eā in murū ferreū int' te τ iter ciuitatē. Et obfirmab' faciē tuā ad eā τ erit in obsidionē τ circūdabis eam. Signū est domui isrl'. Et tu dormies sup latus tuū sinistrū: τ pones iniqtatē dom⁹ israel sup eo nūero dierū qb⁹ dormies sup illud/ τ assumes iniqtates eoꝝ. ℭ Dñica.v. Lectio.i.

Ego autē dedi tibi annos iniqtatis eorum nūero dieꝝ trecētos et nonagīta dies: τ portab' iniquitatē dom⁹ isrl'. Et cum cōpleueris hec: dormies sup lat⁹ tuū dextrū secūdo/ τ assumes iniqtatem domus iude quadraginta diebus. Hec. Lectio.ii. Eze. 4.b.

Et tu sume tibi frumentū τ ordeū/ τ fabā/ τ lentē et miliū/ τ viciā: τ mittes ea i vas vnū τ facies tibi panes nūero dierū qbus dormies sup lat⁹ tuū trecētis nonaginta dieb⁹ comedes illud. Hec. Lec.iii.

Cibus autē tu⁹ quo vesceris erit in pondere viginti stateres i die. A tempore vsq; ad tēpus comedes illud. Et aquā in mē-

sura bibes sextam partez
hin a tpe vsq ad tps bi-
bes illud: et qsi subcineri-
ciū ordeaceum comedes
illud. Hec dicit. Lect. iiii.
Eze. Et fact⁹ est smo dñi ad
6.a. me dicēs. Fili homis po-
ne faciē tuā ad mōtes is-
rael et pphetabis ad eos
et dices. Mōtes isrl' audi
te vbū dñi dei. Hec dicit
dñs deus mōtibus et col-
libus et vallibus. Lect. v.
Ecce ego inducā super
vos gladiū: et disperdam
excelsa vestra et demoliar
aras vestras: et confringē
tur simulachra vestra: et
deiiciā interfectos vestros
ante idola vestra. Lec. vi.
Et dabo cadauera filio-
rū israel añ faciē simula-
chrorū vror et dispdā ossa
vra añ aras vras in oib⁹
habitationibus vris. Ur-
bes deserte erūt: et excel-
sa demolient et dissipabū
tur. Et interibūt are vre et
cōfrigent et cessabunt ido
la vra et cōterēt delubra
vra: et delebunt opa vra.
Lectiones v ebdoma.
Eze. Et cadet interfectus
6.b. i medio vestri et scie-
tis quia ego dñs. Et relin
quam in vobis eos qui
fugerint gladium in gen-
tibus cuz dispsero vos in
terra: et recordabunt mei
liberati vri in gētibus ad
quas captiui ducti sunt.
qr contriui cor eorū forni-
cans et recedens a me. et
oculos eorū fornicantes
post idola sua. Et factus
est smo dñi ad me dicens
Et tu fili homis hec dicit Eze.
dñs de⁹ terre isrl'. Finis. 7.a.
venit: venit finis sup qua
tuor plagas tre. Nūc fin
sup te: et emittā furorem
meū: et iudicabo te iuxta
vias tuas/ et ponā ḡtra te
oēs abominatiōes tuas. P.
Incipiūt expōnes euāge.
dñicaliū cū orationib⁹ et
āis. a do. prima post tri.
vsq ad aduē. dñi. ¶ Do-
mina post fest. s. trini. Or.
Deus in te sperantiū
fortitudo: adesto p-
pici⁹ inuocatiōibus nris
et quia sine te nihil potest
mortalis īfirmitas: psta
auxiliū gre tue: vt in exe-
quendis mādatis tuis et
voluntate tibi et actione
placeam⁹. p. Scdm luca.
In illo tpe. Dixit iesus Luce
dis. s. parabolam hāc. 16.c.
Hō quidā erat diues et in
duebat purpura et bysso:
et epulabat quotidie splē
dide. Et erat quidā men-

dicus noīe lazarus/ q̄ ia=
cebat ad ianuā eius vlce
ribus plenus. Et reliqua
Omelia btī greg. . L.vii
Nonnulli putāt p̄cepta
veteris testamenti distri=
ctiora esse q̄ noui. Sz hi
nimirū īprouida ꝯsidera
tione fallūtur. In illo eni
nō tenacia: sz rapina mul
ctat. Ibi res iiuste subla=
ta restitutiōe quadrupli=
ci punit. Hic autē diues
iste non abstulisse aliena
rep̄hendit: sed ꝓpa nō de
disse: nec dicit q̄ vi quem
piā oppressit sed q̄ i acce=
ptis reb⁹ se extulit. L.viii.
Hinc ergo sūmope col
ligēdū est qua pena
mulctand⁹ sit q̄ aliena di
ripit: si inferni dānatione
ꝑcutit q̄ ꝓpria non largit
Nemo itaq̄ securꝝ se esti=
met dicens. Ecce aliena
nō rapio: sed cōcessis lici=
te reb⁹ vtor. Q̄ diues iste
non idcirco punit⁹ est q̄a
aliena abstulit sz q̄a acce
ptis reb⁹ semetipsum ma
le dereliquit. Hoc quoq̄
fuit qd hunc inferno tra=
didit: q̄ in sua felicitate
timidus non fuit: quia
percepta dona ad vsum
arrogantie inflexit: q̄ vi=
scera pietatis ignorauit

Eze. 7. a.

Luce 16. a.

quia peccata sua redime
re: etiam cū sibi abunda=
ret p̄ciū noluit. Lect. ix.
Sunt nōnulli qui cul=
tū subtiliū: preciosa
rūq̄ vestiū non putāt esse
pctm̄. Q̄d si videlicet pec=
catū nō esset: nequaq̄ ser
mo dei tā vigilāter expri=
meret q̄ diues q̄ torquet
apud inferos: bysso atq̄
purpura īdut⁹ fuisset. ne
mo q̄ppe vestimēta p̄cio
sa nisi ad inanē gl'iaz q̄rit
videlicet vt honorabilior
cet'is esse videat. Nā q̄ ꝓ
sola inani gl'ia vestimētū
p̄ciosi⁹ q̄rit res ip̄a testa=
tur q̄ nemo vult ibi p̄cio=
sis vestib⁹ indui vbi ab a=
liis nō possit videre. Q̄uā
culpā possim⁹ meli⁹ etiā
ex diuerso colligere: q̄ si
abiectio vilis vestimenti
v̄tus nō esset/ euāgelista
vigilanter de ioanne non
diceret/ erat indut⁹ pilis
camelorꝝ. ān. Pater abra Luce
hā miserere mei et mitte 16. f.
lazarū vt īti[n]gat extremū
digiti sui in aquam vt re=
frigeret linguam meā. 5.
Bñd⁹. ad vesp. ān. Fili re= ibid.
cordare q̄ recepisti bona
in vita tua: et lazarus si=
militer mala. ps. Magt.
¶ Dñica secūda. Oratio.

Sancti tui nomīs domine timorē pariter et amorē fac nos habere perpetuū qr nūq̄ tua gubernatiōe destituis q̄s in soliditate tue dilectionis instituis. Per. Scdm lu.

Luce 14. d. In il. tē. Dixit ie. disci. su. parabolā hāc. Hō quidā fecit cenā magnā: ⁊ vocauit multos. Et reliq. Om̄e. bti grego pp. lc. viii.

Quis iste hō est nisi ille de quo per pphetā dicit: Et hō ē q̄s cognouit eū: Qui fecit cenam magnā quia satietatē nobis īterne dulcedinis pparauit. Qui vocat multos: sed pauci veniūt/ qr nonnūq̄ ipi q̄ ei p fidē subiecti sunt eterno ei⁹ conuiuio male viuēdo cōtradicūt. Misit aūt seruū suū hora cene dicere inuitatis vt venirent. Quid hora cene nisi finis est mūdi. In quo nimirū nos sumus sicut iā dudū paul⁹ testat dicens Nos sum⁹ i q̄s fines sclo rū deuenerūt. Lu. lc. viii.

Si ergo iam hora cene est cum vocamur: tāto minus debem⁹ excusari a cōuiuio dei q̄to ppinquasse iā cernim⁹ finē scli. Quo eni pensam⁹ qr nichil est q̄d restat: eo debemus ptimescere: ne tēpus grē q̄d psto est peat. Idcirco aūt hoc cōuiuiū dei/ nō prādiū sz cena vocat qr post prandiū cena restat/ post cenā vero con uiuiū nullū restat. Et q̄a eternū dei cōuiuiū nobis in extremo parabitur rectum fuit vt hoc nō prandiū sz cena vocaret. lc. ix.

Sed quis per hūc seruum qui a patre familias ad inuitandū mittitur: nisi predicatorū ordo signat: De quo videlicet ordine q̄uis adhuc indigni existim⁹: q̄uis peccatorū pōderibus grauamur/ ⁊ nos tn̄ in istis diebus sum⁹. Et cū de edificatione vr̄a aliq̄d vobis loq̄r: hoc est qd ago. Seruus eni sū sūmi patrisfamilias: cū vos admoneo ad contēptū seculi inuitare vos venio ad cōuiuiū dei. Nemo me pp̄ter me hoc in loco despiciat. Et si ad inuitandū nequaq̄ dignus appareo: sed tamē sunt delitie quas promitto. a. Homo q̄dā fecit cenam magnā ⁊ vocauit multos ⁊ misit seruū suū hora cene dicere iuitatis Luce 14. d.

vt veniret quia oia para
ta sunt all'a. ps. Bñ9. Ad
Luce ves.ãn. Exi cito i plateas
14.e. et vicos ciuitatis: et pau
peres ac debiles: cecos z
claudos compelle intra=
re vt impleatur domus
mea alleluia. ps. Magt.
¶ Dominica tertia. Oro.
Deprecationez nostrã
quesumus domine
benignus exaudi: et qui=
bus supplicandi prestas
affectum: tribue defensio=
nis auxilium. Per dñm.
¶ Secundum Lucam.
Luce In illo tpe. Erant ap=
15.a. propinquantes ad ie
sum publicani z pctõres:
vt audirent illũ. Et reliq.
Ome. bti grego [illegible] lc. vii.
Audistis in lectione euã
gelica ffes mei: quia pctõ
res z publicani accesserũt
ad redẽptorẽ nrm: et non
solũ ad loquẽdũ sed etiã
ad cõuescendum recepti
sunt. Quod videntes pha
risei dedignati sunt. Ex
qua re colligite quia vera
iustitia ɔpassionẽ habet
falsa iustitia dedignatio=
nẽ ꝙuis z iusti soleant re
Luce cte peccatoribus indigna
14.d. ri. Sed aliud est ꝗd agi=
tur typo superbie: aliud
quod agitur zelo discipli=
ne. Dedignãtur etenĩ sed
non dedignantes. Despi=
ciunt: sed nõ despicientes
ꝑsecutionẽ cõmouent: sed
amãtes. Q2 z si foris icre
pationes exaggerãt ꝑ di=
sciplinã tñ intus dulcedi=
nẽ ꝑ charitatẽ ßuãt. lc. viii.
At contra hi ꝗ de fal=
sa iustitia superbire
solent ceteros quosꝗ de=
spiciũt: nulla infirmãtib9
mia cõdescẽdũt/ z ꝗ pctõ=
res se esse nõ credũt eo de
teri9 pctõres fiũt. De ꝗx
ꝓfecto numero pharisei
extiterãt: ꝗ diiudicantes
dñm ꝙ pctõres susciperet
arẽti corde ipm fõtẽ mie
rephendebãt. sed ꝗa egri
erant/ ita vt egros se esse
nescirẽt: quaten9 qd erãt
cognoscerent/ celestis eos
medicus blãdis fomẽtis
curat. Benignum paradi
gma obiicit: z in eorũ cor=
dib9 vulnerꝫ tumorẽ pre
mit. Ait nãꝗ. Quis ex vo
bis hõ ꝗ habet cẽtũ oues
z si perdiderit vnam ex il
lis/ nonne dimittit nona=
ginta nouem in deserto:
et vadit ad illam ꝗ perie=
rat donec inueniat illam.
Tu autem. Lectio nona.
Ecce maria dispensa=
tione pietatis simi=

litudinem veritas dedit: quã ꝛ ĩ semetipo hõ recognosceret ꝛ tñ hec specialiter ad ipm auctorẽ oim ptineret. Q.ꝛ ei cẽtenari⁹ numer⁹ est pfect⁹ ipse cẽtũ oues habuit cũ ãgelorũ substãtiã ꝛ hoim creauit. Sȝ vna ouis tunc piit qñ peccãdo homo pascua vite dereliqt. Dimisit autẽ nonagitanouẽ in deserto: qꝛ illos sũmos angelorũ choros reliquit in celo Cur aũt celũ desertũ vocat nisi q deſtũ dicit derelictũ? Tũc aũt celũ hõ deseruit: cũ peccauit. Eu. ã.

Luce 15.a. Quis ex vob hõ q̃ hȝ cẽtũ oues: ꝛ si pdiderit vnã ex illis: nonne dimittit nonagitanouẽ in deserto/ et vadit ad illaȝ q̃ perierat: donec ĩueniat illã all'a. p.

Luce 15.b. Bñ⁹. ad ves. ãn Que mulier hñs dragmas decẽ: et si pdiderit dragmã vnã/ nõne accẽdit lucernã ꝛ euertit domũ ꝛ q̃rit diligẽter donec ĩueniat? p Mg̃t

¶ Dñica quarta. Oratio.

PRotector in te sperãtiũ deus sine quo nichil est validũ: nichil sctm̃ multiplica sup nos miaȝ tuaȝ vt te rectore te duce sic trãseam⁹ p bona tp̃alia vt nõ amittamus eterna. Per d. Secũdũ Lucã

IN illo tp̃e. Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes sicut ꝛ pr̃ vester misericors ẽ. Exp. Luce 6.f.

Ser. ex co. ve. be. ps. Le. vii.

Misericors est dñs super ĩgratos ꝛ malos vel multiplici scȝ sua mia q̃ etiam iumẽta saluat tp̃alia bõa largiendo: vel ad celestia dona singulari gr̃a / qua electos solũ gl'ificat inspirãdo. Sed siue hoc siue illud: siue vtrũq ĩtelligas magna dei bonitate fit q̃ nob imitãda proponit: si filij dei esse volumus. Nolite iudicare: ꝛ nõ iudicabimini. Duo autẽ sunt: in q̃bus temerariũ iudiciũ cauere debem⁹. Cũ incertũ est quo aĩo q̃d factum sit: vel cũ incertũ est q̃lis futur⁹ sit / q̃ nũc vel bon⁹ vel mal⁹ apparet. Le. viii

NOlite cõdemnare: et non cõdẽnabimini. Hoc loco nobis nichil aliud precipi estimo: nisi vt ea facta q̃ dubiũ est quo aĩo fiãt ĩ meliorẽ partẽ interp̃temur. Q. d ei scriptũ est. Ex fructibus eorũ cognoscetis eos: de manifestis dictũ est q̃ nõ possũt

bono aĩo fieri / sicut sunt stupra et blasphemie vel furta / vel ebrietates / ⁊ si qua sunt siĩa: de q̃bus iudicare nobis pmittit. Dimittite: et dimittemini. Date: et dabit vobis. Dimittere nos iniuriã dare bñficia iubet: vt et nobis pctã dimittant et vita det eterna. Qua sentẽtia breui sȝ eximia cũcta q̃ latissime de ꝯuersando cũ inimicis mãdauerat: cõphẽdẽdo concludit. Lu. rc. ic.

Ensurã bonã ⁊ ꝯfertã ⁊ coagitatã et superefluẽtẽ dabũt in sinũ vrm. Huic simile ẽ qd alibi dr: vt ⁊ ipi recipiãt vos in etna tabernacula. Nõ em pauperes ipi sed xp̃s his mercedẽ: q̃ elemosynã fecere redditurus est Quã tñ in sinũ dare dũr q: promerendi illis occasionẽ dedere cũ vel egentes misere vel improbe seuientes fortiores sunt: et tolerati patiẽtia ⁊ beneficio sustentati: ⁊ ad ipsam aliquotiẽs fidẽ dulci grã ꝓuocati. Eadẽ q̃ppe mẽsura qua mẽsi fueritis remetiet vobis. Potest hoc nõ solũ de elemosyna: sed de oĩb⁹ q̃ mẽte manu: lingua gerimus accipi. an.

Estote ergo misericordes qr et pater vester misericors est dicit dñs. ps Bñdictus. Ad vef. ã. Nolite iudicare vt nõ iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis / iudicabimini dicit domin⁹. ps Mgt. — Luce 6. f. / Mat. 7. a.

¶ Dominica quinta. Or.

Da nobis dñe q̃s: vt et mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigat: ⁊ ecclesia tua tranquilla deuotione letetur. Per. Secũdum Lucam.

In illo tẽpore. Cũ turbe irruerẽt ad iesum vt audirẽt verbum dei: et ipse stabat secus stagnũ genezareth. Et reliq. Sermo ex ꝯmentario venerabilis bede p̃sbiteri. Le. vii. — Luce 5. a.

Stagnũ siue mare: p̃sẽs seculũ designat. Dñs vero secus mare stat post q̃ vite labẽtis mortalitatẽ ȝ deuincẽs i ea qua passus est carne stabilitatẽ perpetue q̃etis adijt. Turbarũ cõuentus ad eũ: gẽtiũ in fide ꝯcurrentiũ typus est. Et vidit duas naues stantes secus stagnum. Due naues secus stagnũ posite circũcisionẽ et preputiũ figurãt. Quas bñ

dñs vidisse perhibet: quia in vtroqȝ pplo nouit dñs q̄ sūt ei⁹: eorūqȝ cor a fluctib⁹ seculi huius ad futu re vite tranqllitatē quasi ad soliditatē litoris vidēdo hoc est misericorditer visitādo prouehit. R̄. viii.

Piscatores autem descenderant: et lauabāt retia sua. Piscatores sunt eccl'ie doctores: qui nos rete fidei comprehēsos: ⁊ de ꝓfundo ad lumē elatos quasi pisces litori: sic terre viuētiū aduehūt. Quasi eñi quedā retia piscantiū sunt comple re predicantiū dictiones: q̄ eos quos ceperint in fide nō amittāt vnde et retia quasi retinentia sunt vocata. Sed hec retia modo relaxātur in capturā/ modo lota plicant: qꝛ nō omne tēpus est habile doctrine: sed nūc exaranda lingua doctoris: nunc suimet cura gērēda. Lec. ix.

Ascendēs aūt in vnā nauim que erat symonis rogauit eū a terra reducere pusillū: ⁊ sedens docebat de nauicula turbas. Nauis simōis est eccl'a primitiua de q̄ docebat turbas/ qꝛ de auctoritate ecclesie vsqȝ hodie gentes ad celorum regna inuitat. Ut cessauit aūt loq̄: dixit ad simonē. Duc in altū: et laxate retia vestra in capturā. Quod primo rogauit simonē nauē a terra reducere pusillū: significat vel tēperate vtēdum verbo ad turbas vt nec terrena eis ꝑcipiant: nec sic a terrenis in ꝓfunda sacramentorū recedatur vt ea penit⁹ nō intelligāt vel prius in ꝓximis regionibus gentiū p̄dicādum. Ut quod dixit item petro: duc in altū ⁊ laxate retia vestra i capturā ad remotiores gentes quib⁹ postea predicādū est ꝑtineat.

ān. Ascendēs iesus in nauem ⁊ sedēs docebat turbas all'a. Luce 5.a.
ꝟ. Bñ⁹. Ad vesp.

ān. Preceptor per totā noctē laborantes nihil cepim⁹: i ꝟbo aūt tuo laxabo rete. Luce 5.b.
ꝟ. Mḡt. ℭ Do. vi. or.

Deus qui diligētibus te bona inuisibilia preparasti: infunde cordib⁹ nostris tui amoris affectū vt te in oībus ⁊ super oīa diligētes: ꝓmissiones tuas q̄ oēm desideriū superant ꝯsequamur. Per dñm. Secūdum mattheū

Mat. 5. c. In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis Amen dico vobis: quia nisi abundauerit iustitia vestra plusꝗ̄ scribarum et phariseorum: nõ intrabitis in regnum celorum Et reliqua. Omelia excerpta de diuersis tractatibus. Lectio septima.

Iustitia phariseorũ est vt non occidant. Justitia eorum qui intraturi sunt in regnum dei est: vt non irascãtur. Minimum ergo est nõ occidere: et qui illud soluerit minim⁹ vocabitur in regno celorum Qui autem illud impleuerit vt non occidat: non continuo magnus erit et aptus regno celorum: sed tamen ascendit in aliquẽ gradũ. Perficietur autẽ si nec irascitur. Quod si perfecerit: multo remotior erit ab homicidio. Quapropter qui docet vt non irascamur non soluit legẽ vt non occidamus: sed implet poti⁹ vt et foris dum nõ occidimus: ⁊ intus dũ nõ irascimur innocentiã custodiamus. Lect. viij.

Audistis quia dictũ est antiqs. Nõ occides. Qui autẽ occiderit: reus erit iudicio. In lege enim iudicabatur vt qui aliũ occidebat: et ipse occideretur. Ego autem dico vobis: id est ego nouus homo vobis nouis noua loquor. Qui enĩ oĩs q̄ irascitur fratri suo: re⁹ erit iudicio. Uidendũ est quantum intersit inter iustitiam phariseorum et christianorum: q̄ itroducit in regnũ celorũ Ibi enim occisio: reum facit iudicio. Hic autẽ ira reũ facit nichilominus iudicio. Qui autẽ dixerit fratri suo racha: reus erit cõsilio. Racha enim grece: hebraice dicitur cenos id est inanis ⁊ vacuus quẽ possumus vulgata iniuria absq̄ cerebro nuncupare. Sed si de ocioso sermone reddituri sumus rationẽ: q̄to magis de ꝯtumelia. Lec. ix.

Signanter additur q̄ dixerit fratri suo racha Frater enĩ noster nullus est: nisi q̄ eundem nobiscũ habet patrẽ. Cũ ergo similiter credat in deũ et xp̄m dei nouerit sapientiam: qua rõne stulticie elogio denotari põt: Quid inter est aũt inter reũ iudicio/ et reũ cõsilio/ et reũ gehẽ-

Luce 5. a.

Luce 5. b.

ne ignis: Nã hoc postre-
mũ grauissimũ sonat: et ad
monet grad⁹ quosdã fa-
ctos a leuiorib⁹ ad grauio-
ra: donec ad gehẽnã ignis
veniret. Et ideo si leuius
est reũ esse iudicio q̃ reũ
esse consilio. Itẽ si leuius
est reũ esse consilio q̃ reũ
esse gehẽne ignis oportet
vt leui⁹ esse intelligat ira
sci fratri q̃ dicere racha.
Et rursus leui⁹ esse dice-
re racha q̃ dicere fatue.
Nõ eñi reatus ipse habe-
ret gradũ nisi gradatim
etiã pctã cõmemorarent.
Mat. 5.c. Tu. añ. Audistis q2 dictũ
est antiq̃s nõ occides qui
autem occiderit reus erit
iudicio. ps. Bñ⁹. Ad vel.
Mat. 5.d. añ. Si offers munus tuũ
ante altare 7 recordatus
fueris q2 frat tuus hꝫ ali
q̃d aduersuz te: relinq̃ ibi
munus tuũ ante altare 7
vade p̃us reconciliari frĩ
tuo. 7 tũc veniens offeres
munus tuũ alta. p. Magr
¶ Dominica. vii. Oratio.
Deus virtutuz cuius
est totuz qd est opti
mũ: insere pectorib⁹ nr̃is
amorẽ tui nois et p̃sta in
nobis religionis augmen
tũ. vt q̃ sũt bona nutrias
ac pietatis studio q̃ sunt
nutrita custodias. Per.
¶ Secundum Marcum.
In illo tp̃e. Cuz turba Mar. 8.a.
multa esset cum iesu
nec haberẽt qd mãduca-
rẽt: cõuocatis discipulis
ait illis. Misereor super
turbã/q2 ecce iam triduo
sustinent me nec habent
qd manducent. Et r. Ser-
mo ex cõ. ve. be. p̃sb. l. vii.
In hac lectione ꝯsiderã-
da est in vno eodẽq3 redẽ
ptore nr̃o distincta opera
tio diuinitatis 7 humani-
tatis atq3 error euticisq̃
vnã tantũ in xp̃o opatio-
nem dogmatizare presu-
mit ꝓcul a chr̃ianis fini-
bus expellend⁹. Quis eñ
nõ videat hoc qd sup tur
bã miseret dñs ne vel ine-
dia vel vie longioris labo
re deficiat affectum esse 7
ꝯpassionẽ humane fragi-
litatis. Qd vero de septẽ
panibus 7 pisciculis pau
cis quatuor milia homi-
nũ satiauit diuie op⁹ esse
vtutis. Mistice autẽ hoc
miraculo designat: q viã
p̃ntis seculi aliter incolu-
mes trãsire nequiuimus
nisi nos gratia redempto
ris nostri: alimẽto sui ver
bi reficiat. Lectio octaua
Hoc vo typice inter hãc

refectionē ꝛ illam quinqꝫ panū ac duorūꝫ piscium distat: qđ ibi lr̃a veteris testamēti spūali gr̃a plena esse signata est. Hic autē noui veritas ac gr̃a testamēti fidelibus ministranda mōstrata. Sane vtraqꝫ refectio in monte celebrata est: vt alioꝝ euāgelistarū narratio declarat quia vtriusqꝫ scriptura testamēti recte intellecta altitudiuem nobis celestiū pceptoꝝ mādat ꝛ pmiorū Utrāqꝫ altitudinem xp̄i q est mōs domus dn̄i i vertice montiū consona voce predicat. Qui em̄ edificatam sup se ciuitatez siue domū dn̄i: id est ecclesiaz in alta bonoꝝ extollit operū ꝛ cunctis manifestam gētibus exhibet: ipse hanc ab īfimis delectationib⁹ abstractam pane celi reficit/ atqꝫ ad appetitum superne suauitatis dato pignore cibi spiritualis accendit. Lectio nona.

Misereor īquit super turbā quia ecce iā triduo sustinent me: nec habent qđ mādu cent. Et si dimisero eos ieiunos in domū suā deficiēt in via. Quare triduo turba dn̄z sustinuerit: mattheus exponit plenius qui ait. Et ascendens in montē: sedebat ibi. Et accesserunt ad eū turbe multe: habentes secū mutos/cecos / claudos/debiles/ꝛ alios multos: ꝛ piecerunt eos ante pedes ei⁹ et curauit eos. Turba ergo dn̄m sanatione infirmoꝝ suoꝝ triduo sustinet: cū electi qqꝫ fide scr̄e trinitatis lucidi dn̄o pro suis suorūqꝫ peccatis anime videlicet languoribus pseueranti instantia supplicant. an. Misereor super turbā: quia ecce iā triduo sustinent me nec habēt quod mādu cent et si dimisero eos ieiunos: deficiēt in via all'a. ℣. Bn̄dictus. Ad vespe. an. Et accipiens iesus septē panes gr̄as agens fregit et dedit discipl'is suis vt apponerent: ꝛ apposuerunt turbe all'a. ps. Magnifi. Mar. 8.a. Iohis.

¶ Dominica. viii. Oratio

Deus cuius prouidētia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus / vt noxia cuncta submoueas: ꝛ omnia nobis profutura concedas. Per dn̄m nostrū.

Secundum mattheum.

Mat. 7.b. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Attendite a falsis ꝓphetis qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouiũ: itrinsecꝰ aũt sunt lupi rapaces. Et reꝉ.

Omelia origenis. Lec. vii

Quod paulo supius fratres charissimi dñs nr̄ iesus xp̄s spaciosam ꝛ latã viam nominauit. hoc nũc apertius falsos ꝓphetas ostendit: per quos multi in perditionem abominabilem abierunt. Qui primo in iudea multi apparuerunt: et modo perfidia totum impleuerunt mũdum. Sed illi q̄ prius falsi prophete fuerunt verissimos domini prophetas vsqꝫ ad mortem persecuti sunt sicut hieremiã et micheam/ aliosqꝫ multos. Isti autem nunc falsi prophete et falsi christiani / qui sunt veraces christianos sine misericordia persequuntur et opprimunt: aliquando si detur copia etiam gladiis sine intermissione aut suis prauis moribus et exemplis. Idcirco omnes preueniens dominus adhortatur dicens. Attendite a falsis ꝓphetis. Lec. viii

Attendite diligẽtius obseruate cautius vt nõ seducamini vt non circumueniamini vt non fallamini. Attendite ergo: hoc est considerate: qꝛ non sunt oues sed lupi in vestimento ouium. Quia nõ sunt religiosi / sed irreligiosi in figura religiositatis. Qꝛ non sunt xp̄iani sed veritate vacui chr̄ianorũ psecutores. Attẽdite a falsis prophetis q̄ veniunt ad vos / in vestimẽtis ouium itrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. Ipsos ꝛ beatus paulus apostolus ad ephesios loq̄ns designabat dicens. Scio enim quia post decessum meum introibunt in vobis lupi graues: lupi rapaces. Lectio nona.

Lupi enim rapaces nominantur omnes infideles heretici: q̄ grauiter sanctam ecclesiam opprimunt et persequuntur vel molestare frequẽtant: qui sine misericordia rapere et coaceruare non desinunt. Aliquando pecunie irruunt aliene: aliquando in ipsos pecuniarũ domios. Multo magis satagunt aĩas ra:

pere:et secũ miserabiliter
deducere. Et vestimentũ
ouiũ habere dicuntur:eo
ꝙ nomẽ habeant xpiani-
tatis vel qz assimilant se
ministris iustitie figurã
religiositatis mẽtientes.
Per xpianũ itaqꝫ nomen
multos seducere nitũtur
dulcibꝰ sermonibus:mul-
tis scandalum inferẽtes.
Isti sunt de ꝗbus ait apo-
stolꝰ. Per suos dulces ser
mones et blãdos seducũt
corda innocentium. Sed
ex fructibus eoꝝ cogno-
Mat. 7.b. scetis eos. Eu. ãn. Attẽdi-
te a falsis prophetis ꝗ ve
niunt ad vos in vestimen
tis ouium:intrīsecus au-
tem sunt lupi rapaces:a
fructibus eorum cogno-
scetis eos. ps. Benedictꝰ.
Mat. 7.c. Ad vespas ãn. Non om-
nis qui dicit michi domie
domine intrabit in regnũ
celorum:sed qui facit vo-
luntatem patris mei qui
in celis est/ipse intrabit in
regnum celorum all'a. ps
Magt. ℭ Dñica.ix. Orõ.
Largire nobis domie
ꝗsumus semper spm̃
cogitãdi ꝗ recta sunt pro-
pitius et agendi:vt qui si
ne te esse non possumus:
secundũ te viuere valea-
mus. Per. Scd̃m Lucam
Luce 16.a. In illo tpe. Dixit iesus
discipulis suis para-
bolã hanc. Hõ quidã erat
diues ꝗ habebat villicum
et hic diffamatꝰ est apud
illum quasi dissipasset bo
na ipsiuꝰ. Et rel'. Omel'. ve
nera.bede pbri. Lctõ.vij.
Ad clemẽtiam nos dñs
et saluator nr̃ hortat sub
exẽplo villici et debitoris
dñi sui:vt si dimittimꝰ de-
bitoribus nostris: dimit-
tantur et nobis debita no
stra. Diues autẽ iste qui
habebat villicum dñs ipe
est iesus christus: cuius
villici id est dispensatores
sunt omnes fideles in san
cta ecclesia. Exules eni et
peregrini sumꝰ in hoc mũ
do:⁊ hic nõ habemus he-
reditatẽ. Sed que in pre-
senti videmur habere ad
dispẽsandum nobis com-
missa sunt non ad possi-
dendum:noster autẽ mu
nicipatus: vt ait paulus
in celis est. Lectio octaua
In villico ergo isto quẽ
dominus suus eijcie-
bat de villicatione et lau-
dauit eum quia futuram
sibi vitam prospexerit:nõ
omnia debemus ad imi-
tandum sumere. Non

enim aut domino nostro facienda est in aliq̃ fraus vt de ipsa fraude nos ele= mosynas posse facere spe remus: aut eos qui nos recipiant in eterna taber nacula: id est sanctos an= gelos tanq̃ debitores esse domini dei nostri fas est intelligendi cum fideles quiq̃ sicut diximus in san cta ecclesia significentur in villico. Si ergo laudat a domino/ villicus q̃ frau dem faciebat quanto am plius placẽt domino deo qui secundum eius prece ptum bona sua fideliter dispensant. Lectio nona.

Qui ergo iuxta hui⁹ serui exemplum se= dulo reiiciende villicatio nis: id est vltimũ tempo= ris sui diẽ et rationis red dende tempus ꝓuiderit facile terrenorũ oĩm dele= ctatione simul et dilectio= ne nudatus plus sibi de amicis conquirendis / in futuro: q̃ de diuitijs in p̃senti colligendis ꝓspice= re necessariũ ducit: quia ablata villicatione fode= re nõ valemus / qr finita hac vita in qua laborare ꝓ eterna debem⁹: nequa= q̃ postea bone cõuersatio nis fructũ licet inquirere Sed illo tunc tẽpore men dicare confusio est: illo sci licet pessimo genere men= dicandi quo ille virgines fatue q̃ hic ꝓ opibus suis mercedẽ humane laudis percipiebant mendicasse referũtur. An. Dixit domi nus villico: quid hoc au= dio de te: redde rationem villicationis tue all'a. Ps. Benedictus. Ad ves. aña. Luce 16

Quid faciã quia domin⁹ me⁹ aufert a me villicatio nẽ fodere non valeo: men dicare erubesco/ scio quid faciam vt cũ amotus fue= ro a villicatione: recipiãt me in domos suas. Ps. Magt. Dñica.x. Oro.

Pateant aures mise= ricordie tue dñe p̃ci= bus supplicantiũ: ⁊ vt pe= tẽtib⁹ desiderata ꝯcedas fac eos q̃ tibi placita sunt postulare. Per dominum nostrum. Secundũ Lucã

In illo tẽpore. Cum ap propinquaret ies⁹ hie Luce 19 rusalem: videns ciuitatẽ fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses ⁊ tu. Et reliqua. Omelia beati gregorij pape. Lectio. vij.

Quod a flente domino illa hierosolymorum sub=

uerso describatur que a vespasiano et tyto romanis principibus facta est nullus qui historiã euersionis eiusdem legit ignorat. Romani enim principes denunciãtur cum dicitur. Quia venient dies in te et circundabũt te inimici tui vallo / et circundabunt te et coangustabunt te vndiqꝫ / et ad terram prosternent te / et filios tuos qui in te sunt. Hoc quoqꝫ quod additur Et non relinquent in te lapidem super lapidem: etiam ipsa eiusdem ciuitatis transmigratio testatur. Quia dum nũc in eodem loco cõstructa est: vbi extra portam crucifixus fuerat dominus: ꝑor illa hierusalem vt dicitur fundit⁹ est euersa. Lec.viii.

Hierusalẽ ex qua culpa euersionis sue pena fuerit illata subiungitur. Eo ꝙ nõ cognoueris tempus visitationis tue. Creator quippe omnium per icarnationis sue mysterium hanc visitare dignatus est. Sed illa timoris et amoris illius recordata non est. Sed querẽdum prius est quid sit quod dicitur. Uidens ciuitatez fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses et tu. Fleuit etenim pius redemptor ruinam perfide ciuitat⁊ quam ipsa sibi non cognoscebat esse venturam. Cui a flente domino recte dicitur. Quia si cognouisses et tu subaudi scilicꝫ fleres: que modo: quia nescis quod imminet exultas. Unde et subditur. Et quidem in hac die tua: que ad pacem tibi. Cũ enim se carnis voluptatibus daret: et ventura mala non prospiceret: in die sua que ad pacem ei esse poterãt habebat. Tu autem. Lec.ix.

Cur vero ꝑsentia bona ad pacem habuerit: manifestatur cũ subditur. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Si enim a cordis eius oculis mala que imminebant abscondita non essent: leta in presentibus prosperis non fuisset. Cuius mox etiam pena que de romanis (sicut predixi) principibus imminebat adiuncta est. Qua descripta quid dominus fecerit subdit: quia ingres-

sus templum cepit eiice-re vendentes et ementes de illo dicens illis. Scri-ptum est quia dom⁹ mea domus oratiõis est. Uos autem fecistis illam spe-luncam latronum. Qui enim narrauit mala ven-tura/et protinus templũ ingressus est: vt de illo vẽ-dentes et ementes eiice-ret: pfecto innotuit: quia ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. Antiphona Cum appro-pinquaret dominus hie-rusalem: videns ciuitatẽ fleuit super eam/et dixit quia si cognouisses et tu quia venient dies in te: et circundabunt te/⁊ coan-gustabunt te vndiq3: ⁊ ad terram prosternent te/eo q non cognoueris tem-pus visitationis tue alle-luia. Ps. Benedictus. Ad vesperas ãn. Scriptum est enim quia dom⁹ mea domus orationis est cun-ctis gẽtibus: vos autem fecistis illam speluncam latronum: et erat quoti-die docens in templo. Psalmus. Magnificat.

Dominica.xi. Oratio.

Deus qui omnipoten-tiam tuam parcen-do maxime et miserando manifestas: multiplica super nos gratiam tuam vt ad tua promissa currẽ-tes/celestium bonorum facias esse cõsortes. Per dominum nostru3 iesum christũ. Secundũ lucam.

In illo tempore. Dixit iesus ad quosda3 qui in se confidebant tanq3 iu-sti et aspernabantur cete-ros parabolam istam: di-cens. Duo hoĩes ascende-runt in tẽplum vt orarẽt: vnus phariseus/et alter publicanus. Et reliq. Ser-mo ex commẽtario vene-rabilis Bede pbri. lc. vii.

Luce 18.b.

Quam parabolã domi-nus qua semp orare ⁊ nõ deficere docebat: ita con-clusit vt diceret/venien-te iudice difficile in ter-ra fidem reperiẽdam: ne quis sibi forte de superua cua fidei cogitatione vel etiam confessione blandi ret mox altera iuncta pa-rabola: diligentius osten-dit a deo fidei non verba examinanda: sed opera. Inter que nimirum ope-ra maxime regnat humi-litas. Publicanus humi-liter orans/ad illa prefa-te vidue: hoc est ecclesie

membra pertinet De qui bus supra dicitur. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se? Phariseus autem merita iactans ad ea de quib⁹ terribilis in conclusione sententia subditur. Ueruntamen filius hominis veniens putas inueniat fidem in terra. Tu. Lectio. viii.

Phariseus stans hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum: raptores/ iniusti/ adulteri: velut etiam hic publican⁹. Quatuor sunt species quibus omnis tumor arrogantium demonstratur. Cum bonum aut a semetipsis se habere existimant: aut si sibi datum desuper credunt: pro suis se hoc accepisse meritis putant: aut certe cum iactant se habere quod non habent aut despectis ceteris singulariter videri appetunt habere quod habent. Qua phariseus iste iactantie peste laborasse deprehenditur: qui idcirco de templo absque iustificatione descendit: quia bonorum operum merita sibi quasi singulariter tribuens: oranti publicano se pretulit. Tu autem domine. Lectio nona.

Ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium que possideo. Ezechiel propheta de ostensis sibi celi animalibus scribit. et totum corpus plenum oculis in circuitu ipsorum quatuor. Corpora quippe animalium idcirco plena oculis describuntur: quia sanctorum actio ab omni parte circunspecta est bona desiderabiliter preuidens mala solerter cauens. Sed nos sepe dum aliis rebus intendimus: fit vt alia negligamus: ibi procuidubio oculum non habemus. Nam ecce pharíseus ad obtinendam abstinentiam / ad impendendam misericordiam: ad referendas deo gratias oculum habuerat: sed ad humilitatis custodiam / non habebat. Et quid prodest quod contra hostium insidias pene tota ciuitas caute custoditur: si vnum foramen apertum relinquitur vnde ab hostibus intretur. An. Duo homines ascenderunt in Luce 18.b.

templum vt oraret: vnus phariseus et alter publicanus. descendit hic iustificatus in domum suam ab illo alleluia. ps Benedictus. Ad vesperas an.
Luce 18.b. Stans a longe publicanus nolebat oculos ad celum leuare: sed percutiebat pectus suũ dicens deus ꝓpitius esto michi peccatori. ps Magnificat.

¶ Dominica.xij. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus qui abũdantia pietatis tue: ꝛ merita supplicum excedis/et vota effunde super nos misericordiam tuam / vt dimittas que conscientia metuit/et adijcias quod oratio nõ presumit. per.

Secũdum marcum. vij.

Mar. 7.d. In illo tẽpore. Exiens iesus de finibus tyri venit ꝑ sidonem ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et reliq.

Omelia venerabilis Bede presbiteri. Lect. vij

Surdus ille ꝛ mut⁹ quẽ mirabiliter curatũ a domino modo cum euangelium legeretur / audiuimus / genus humanum designat in his qui ab errore diabolice deceptionis diuina merentur gratia liberari. Obsurduit nanq̧ homo ab audiẽdo vite verbo: postq̃ mortifera serpentis verba contra dominũ tumidus audiuit. Mutus a longe cõditoris effect⁹ est ex quo cum seductore colloquiũ habere ꝑsumpsit. Et merito clausit aures ab audienda inter angelos laude creatoris quas ad audiendã eiusdẽ creatoris vituperationẽ sermonib⁹ hostis incautus aperuit Merito clausit os ad predicãdã cũ angelis laudẽ creatoris quod velut ad meliorandũ eiusdẽ opus creatoris cibi vetiti preuaricatione supbus impleuit. Tu autẽ. Lec. viij.

Et heu miser generꝫ humani defectus. Quod in radice viciosuꝫ germĩauit viciosius multo dilatari cepit in propagine ramorum ita vt veniente in carne domino exceptꝭ paucis de iudea fidelibus totus pene mũdus ab agnitione et confessione veritatis surdus erraret ꝛ mut⁹. Sed vbi abundauit peccatum: superabundauit et gratia.

Uenit nãq3 dñs ad mare galilee: vbi nouerat egrotare quot sanaret. Uenit sue gratia pietatis ad tumentia turbida et instabilia gentiũ corda in quibus nouerat esse qui ad suã gratiã pertinerẽt. Et bene inter medios fines decapoleos. ad mare galilee vbi egrotum sanaret venisse perhibetur: q̃a relicto ob perfidiã populo qui decalogi mandata acceperat exteras venit ad gentes: vt sicut ioannes ait filios dei qui erant dispersi cõgregaret in vnũ Tu autem. Lectio nona.

ET adducunt inquit ei surdum et mutũ: et deprecãtur eum vt imponat ei manũ. Quia ille surdus saluatorem agnoscere / mutus rogare nequibat adducunt ei amici / et pro eius salute domino supplicant. Sic nimirum sic spirituali necesse est curatione geratur: vt si quis humana industria ad auditum confessionemq3 veritatis cõuerti non potest: diuine pietatis offeratur aspectibus atq3 ad sanãdum eum superne manus flagitetur auxiliũ. Nec tardat celestis misericordia medici: si intenta precantium non hesitat / nec deficit oratio. An. Exiens iesus de finibus tyri venit per sydonem ad mare galilee: inter medios fines decapoleos alleluia. Ps. Benedictus. Ad vesperas An. Bene omnia fecit et surdos fecit audire et mutos loqui. Ps. Magt. Marc. 7.d. Ibid.

C Do. decimatertia. Oro.

OMnipotens et misericors deus de cuius munere venit: vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur / tribue nobis quesumus: vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per dominum nostrum.

C Secundum Lucam.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident que vos videtis. Et reliqua. Sermo ex commentario venerabilis Bede presbiteri. Lectio septima. Luce 10.d.

Non oculi scribarum neq3 phariseorum qui corpus domini tantum videre: sed illi beati oculi qui eius possunt cognoscere sacramẽta: de quibus di-

citur. Et reuelasti ea par
uulis. Beati oculi paruu
lorum quibus et se et pa-
trem filius reuelare di-
gnatur. Dico autem vo-
bis q multi prophete et
reges voluerunt videre
que vos videtis / et non
viderunt: et audire que
vos auditis / et non au-
dierunt. Lectio octaua.

Abraham vero exul-
tauit vt videret diē
christi: vidit et gauisus
est. Esaias quoqꝫ et miche-
as: et multi alii prophe-
te viderūt gloriam domi-
ni: qui et propterea viden
tes sūt appellati. Sed hi
omnes a longe aspiciētes
et salutantes / et per spe-
culum in enigmate vide-
runt. Apostoli autem in
presentia habentes domi
num / conuescentesqꝫ ei et
queqꝫ voluissent interro-
gando discētes: nequaqꝫ
per angelos et varias vi-
sionum species opus ha-
bebant doceri. quos vero
lucas multos prophetas
et reges dicit mattheus
apertius prophetas ꝛ iu
stos appellat. Ipsi sunt
reges magni qui tētatio-
num suarū motibus non
consentiendo succumbe-
re: sed regendo preesse
nouerunt. Tu autem do-
mine mi. Lectio nona.

Et ecce quidam legis-
peritus surrexit ten-
tans eum et dicens. Ma-
gister / quid faciendo vi-
tam eternam possidebo?
Legisperitus qui de vi-
ta eterna dominum ten-
tans interrogat occasio-
nem vt reor tentandi de
ipsis domini sermonibus
sumpsit vbi ait. Gaudete
autem q noīa vestra scri
pta sunt in celis. Sꝫ ipsa
sua tentatione indicat q̄
vera sit illa dñi confessio
qua patri loquitur q ab
scondisti hec a sapienti-
bus et prudentibus et re
uelasti ea paruulis. aña. Luce
Homo quidam descende 10.e.
bat ab hierusalem in hie-
rico ꝛ incidit in latrones:
qui etiam dispoliauerūt
eum, et plagis impositis
abierūt semiuiuo relicto.
℣. Benedictus. Ad vespe
ras aña. Quis tibi vide- Ibidē.
tur proximus fuisse illi
qui incidit in latrones?
et ait. ille qui fecit miseri
cordiam in illo: vade ꝛ tu
fac similiter alleluia. ps.
Magnificat. ¶ Domini-
ca decimaquarta. Oratio

Omnipotens sempiterne deus: da nobis fidei spei et charitatis augmentum: et vt mereamur assequi quod promittis: fac nos amare quod precipis. Per dominum.

Secundum Lucam.

Luce 17.c. In illo tempore. Dum iret iesus in hierusalem transibat per mediã samariam et galileam. Et cum ingrederet quoddam castellum: occurrerunt ei decem viri leprosi. Et reliqua.

Sermo ex commẽtario venerabilis Bede presbiteri. Lectio septima.

Leprosi non absurde intelligi possunt: qui scientiam vere fidei non habẽtes varias doctrinas profitentur erroris. Hi autẽ tam vitandi sunt ecclesie vt si fieri potest longius remoti magno clamore interpellẽt. Unde et aperte subiungitur. Qui steterunt a longe et leuauerũt vocẽ dicentes. Jesu preceptor miserere nostri. Luce 10.e. Et bene vt saluentur iesum preceptorem nominant. Quia enim in eius verbis se errasse significant: hunc saluandi humiliter preceptorem vocant. Tu. Lectio octaua. Ibid.

Cumque ad cognitionem preceptoris redeũt: mox ad formam salutis accurrunt. Nam sequitur. Quos vt vidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factũ est dum irent mundati sunt. Nullum dominus eorum quibus hec corporalia beneficia prestitit inuenitur misisse ad sacerdotes: nisi leprosos. Quia videlicet sacerdotium iudeorũ figura erat futuri sacerdotij regalis quod est in ecclesia quo consecrãtur omnes pertinẽtes ad corpus christi summi et veri principis sacerdotum. Et quisquis vel heretica prauitate vel superstitione gẽtili: vel iudaica perfidia / vel etiam scismate fraterno quasi vario colore per christi gratiã caruerit: necesse est vt ad ecclesiam veniat / coloremque fidei verum quem accepit ostendat. Lectio.ix.

Cetera vero vitia tanquam valitudines / et quasi morbos anime atque sensuum per seipsum interius in conscientia et

intellectu dominus sanat et corrigit. Unde autem vnus ex illis vt vidit quia mundatus est: regressus est cum magna voce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens. Ille enim vere deo gratias agit: qui repressis cogitationibus presumptionis sue: qua in semetipso infirmus se humiliter videt: qui nichil sibi virtutis tribuit qui bona que agit esse de misericordia conditoris cognoscit. Añ.
Luce 17.c. Dum ingrederetur iesus quoddam castellum occurrerũt ei decem viri leprosi qui steterunt a longe et leuauerũt vocem dicentes/iesu preceptor miserere nobis. Ps. Benedictus. Ad vespas añ. Nonne decem mundati sunt:
Ibid. et nouem vbi sunt? nõ est inuentus qui rediret/et daret gloriam deo: nisi hic alienigena. vade quia fides tua te saluum fecit alleluia. Ps. Magnificat.

¶ Dominica.xv. Oratio.

Custodi quesumus domine ecclesiã tuam propitiatione perpetua: et quia sine te labitur humana mortalitas: tuis semper auxiliis et abstrahatur a noxiis. et ad salutaria dirigatur. Per do.

Secundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire. Et reliqua. Mat. 6.c.

Sermo et commentario venerabilis bede presbiteri. Lectio septima.

Nemo potest duobus dominis seruire: quia nemo valet transitoria simul et eterna diligere. Si enim eternitatem diligimus/ cuncta temporalia in vsu nõ in affectu possidemus. Aut enim vnum odiet et alterum diliget: aut vni adherebit/et alterum cõtemnet. Hec verba diligẽter cõsideranda sunt. Nã qui sint duo domini: consequenter exponit dicẽs. Non potestis deo seruire et mammone. Audiat hoc auarus: audiat q̃ censetur nomine christiano non posse simul mammone/hoc est diuitiis christoq; seruire. Lectio octaua.

Et tamen non dixit/ qui habet diuitias: sed qui seruit diuitiis. Qui enim diuitiarum ser

nus est: diuitias custodit vt seruus. Qui autē seruitutis excussit iugū: distribuit eas vt dominꝰ. Sed qui seruit mammone: illi vtrīq; seruit qui rebus istis terrenis merito sue peruersitatis prepositus princeps huius seculi a domino dicitur. Ergo aut vnum odiet/ et alterum diliget. Ut fieri debet odiet scilicet diabolum: diliget deū: aut vni adherebit/ et alterū contemnet. Adherebit scilicet diabolo: cum quasi eius premia temporalia sectatur: contemnet autem deum. Non dixit odiet: sed sicut solēt mnas eiꝰ postponere cupiditatibus suis: qui de bonitate eius sibi impunitatem blandiuntur. Quibus per salomonem dicitur. Fili/ ne adiicias peccatum super peccatum: ⁊ dicas. Miseratio dei magna est. Rc. ix

Ideo dico vobis. Nolite solliciti eē anime vestre quid manducetis aut corpori vestro quid induamini. Ergo quod omnibus natura tribuit et iumentis ac bestiis hominibus quoq; commune est huius cura penitꝰ non liberemur: sed precipitur nobis ne solliciti simus quid comedamus. Et quia in sudore vultus preparamus nobis panem: labor exercēdus est sollicitudo tollenda est. Anima plus est q̄ esca: ⁊ corpus plus q̄ vestimentum. Admonet vt meminerimus multo amplius nobis deū dedisse ꝙ nos fecit et composuit ex anima ⁊ corpore: q̄ est alimētum atq; tegumentū. Ut intelligas eum qui dedit animam multo facilius escas esse daturū. Similiter enim qui corpus dedit/ multo facilius daturum esse vestimentū. an.

Nolite solliciti esse dicentes quid mādūcabimus aut q̄d bibemus: scit enī pater vester celestis quid vobis necesse sit alleluia. Mat. 6.d.

ps. Benedictus. Ad vesperas an. Querite ergo primū regnum dei/ et iustitiam eius: et hec omnia adiicientur vobis alleluia. ps. Magt. ¶ Dominica. xvi. Oratio. Ibid.

Ecclesiam tuā domine miseratio ꝯtinua mundet et muniat: et

Chr̄z regē regū adorem⁹ dn̄m. Qui martyrio crucis beatū glificauit petrū aplm̄. ps. Uen̄. hy⁹. Aurea luce. In .i. noc. An. In pla-
Act. 5.c. teis ponebant īfirmi ī lectulis / vt veniente petro saltē vmbra illi⁹ obūbraret quēq̄ illorꝝ / ꝛ liberarentur ab infirmitatib⁹ suis
Act. 5.f. ps. Celi en̄. An. Dix petr⁹ principibus sacerdotū: iesum quē vos interemistꝭ suspēdētes in ligno hūc de⁹ suscitauit ꝛ pncipē ac saluatorem exaltauit ad dādā penitentiā ī remissionem
Act. 9.f. petōꝝ. ps. Bn̄dicā. An. Petr⁹ apl's dixit paliticō: enea / sanet te dn̄s ies⁹ chr̄s surge ꝛ sterne tibi: q̄ cōtinuo surrexit: et oēs qui videbāt cōuersi sunt ad dn̄m. ps. Eructauit. v. In oēm ter. R. Et in fines. Lec. i.

Omniū quidē solēnitatū sctārū dilectissimi tot⁹ mūd⁹ est particeps: et vni⁹ fidei pietas exigit vt q̄cq̄d ꝓ vniuersorū salute gestū recolit / cōibus vbiq̄ gaudiis celebretur Uerūtn̄ hodierna festiuitas pt̄ illā reuerētiā quā toto orbe t̄rarꝝ ꝓmeruit: speciali ꝛ ꝓpa romāe vrbis exultatiōe venerāda est. Ut vbi p̄cipuoꝝ aplorū glificat⁹ est exit⁹ / ibi in die martyrii eoꝝ sit leticie pncipatus. R. Simon petre an̄q̄ de naui vocarē te noui te: et super plebē meā pncipē te ꝯstitui. Et claues regni celoꝝ tradidi tibi. v. Q. ocūq̄ ligaueris sup t̄rā erit ligatū et in celis: ꝛ qōcūq̄ solueris sup terrā erit solutū ꝛ in celis. Et claues. Lectio. ii.
Mat. 16.c.

Isti sunt viri ꝑ quos tibi euangeliū christi roma resplēduit. Et q̄ eras magistra erroris: facta es discipula veritatis. Isti sunt pr̄es tui veriq̄ pastores qui te regnis celestib⁹ inserendā multo āpli⁹ multoq̄ felici⁹ condiderūt q̄ illi quoꝝ studio pma meniū tuorū fundamēta locata sunt. R. Ego pro te
Luc. 22.d. rogaui petre. Ut non deficiat fides tua. Et tu aliqn̄ ꝯuersus cōfirma fr̄es tuos. v. Simō ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum: ego aūt rogaui ꝓ te. Ut. L. iii.

Isti sunt qui te roma ad hanc gl'iam ꝓuexerūt: vt gēs sctā / populus elect⁹ / ciuitas sacerdotalis ꝛ regia per sacram beati pe-

tri sedem caput orbis ef-
fecta lati⁹ p̄sideres religi
one diuina q̄ dominatiōe
Joā. 21.a. terrena. R. Si diligis me
simon petre pasce oues
meas dn̄e tu nosti q̄ amo
te Et aīam meā pono pro
Mat. 26.d. te. V. Si oportuerit me
mori tecū: non te negabo.
Et. Glia. Et. In .ij. noctur.
Act. 9.f. An. Factū est vt quedā di
scipula noīe thabita ple-
na operibus bonis et ele-
mosynis infirmata more
ref: miserūt aūt discipuli
ad petrū rogantes ne pi-
griter̄ venire vsq̄ ad nos
Act. 9.f. ps. Oēs gēres. an. Adue-
niente petro circundede-
rūt illū oēs vidue flentes
et oñdētes tunicas et ve-
stes q̄s faciebat illis dor-
cas. ps. Exaudi de⁹ dep. an.
Act. 9.g. Ponens petr⁹ genua sua
orauit et ɔuers⁹ ad corp⁹
dixit. thabita surge. at il-
la apuit oculos et viso pe
tro resedit dansq̄ illi ma-
nū erexit eam ꝛ sctis ac vi
duis assignauit viuā. ps.
Exau. de⁹ orō. V. Cōstitu-
es eos principes. Le. iiij.

Cum duodecim apo-
stoli per spm̄ sanctū
oīm locutiōe linguarum
imbuendū euāgelio/mū-
dum distributis sibi ter-
rarum partibus suscepis-
sent beatissimus petrus
princeps aplorū ad arcē
romani destinatur iperij
vt lex veritatis q̄ ī oīm gen
tiū reuelabatur salute ef-
ficaci⁹ se ab ipso capite/p
totū mundi corpus effun
deret. R. Tu es petrus ꝛ Mat. 16.c.
sup hanc petrā edificabo
ecclīam meā ꝛ porte īferi
nō p̄ualebūt aduersus eā
Et tibi dabo claues regni
celoꝝ. V. Qđcūq̄ ligaue-
ris sup terrā erit ligatum
et in celis ꝛ qđcūq̄ solue-
ris super terrā erit solutū
et in celis. Et tibi. Lectō. v.

Ad hanc igit᷑ vrbem tu
btissime petre aple venire
non metuis ꝛ cōsorte gl'ie
tue paulo aplo aliarū ad
huc ecclīarū ordinationi-
bus occupato siluā istam
frementium bestiarum ꝛ
turbulētissime profundi-
tatis oceanū: constantior
q̄ cum super mare ambu
lans gradereris ingrede
ris. R. Tu es pastor oui- Mat. 16.c.
um princeps aplorū tibi
tradidit de⁹ omnia regna
mūdi Et ideo tradite sūt
tibi claues regni celoꝝ. V.
Tibi enim a dn̄o collata
est potestas ligandi atq̄
soluendi. Et ideo. Lec. vi.

Nec etiā mūdi dn̄am ro-
mā petre times: q̄ in cai-
phe domo vocē sacerdotꝭ
ancillā expaueras. Uince
bat ergo materiam formi
dinis vis amoris. Nec
estimabas terrori ceden-
dū/dū hoꝝ saluti cōsulēs
quos susceperas diligen-
dos. Augebāt q̄qꝫ fiduciā
tuā tot signa miraculoꝝ
tot dona atqꝫ experimen-
ta virtutum. Quo etiam
btūs coapl'us tuus ⁊ spe-
cialis magr̄ gentiū paul⁹
occurrens eodē tibi socia-
tus est aīo: vos aūt et ele-
ctiōe pares/⁊ laboꝝ simi
les/⁊ finis fecit equales.
Joā. ℞. Petre amas me: tu
21.e. scis dn̄e q̄ꝛ amo te. Pasce
oues meas. ℣. Simon jo-
hānis diligis me pl⁹ his:
tu scis dn̄e q̄ꝛ amo te. Pa
sce. Gl'ia. Pa. In iii. noct.
Act. An. Corneli⁹ centurio vir
10.a. religiosus ac timēs deū/
vidit manifeste angelum
dei dicētē sibi: corneli mit-
te ⁊ accersi simonē qui co
gnominat̄ petrus: hic di-
cet tibi q̄d te oporteat fa-
cere. ps. Cōfitebimur. An.
Act. Aperiēs petr⁹ os suū di-
10.e. xit: in veritate cōperi/q̄m
non est p̄sonarū acceptor
deus: sed in oī gente q̄ ti-
met deū et opat̄ iusticiā/
acceptus est illi. ps. Dn̄s
reg. ex. An. Adhuc loquen Actu.
te petro/cecidit sp̄us san- 10.g.
ctus sup oēs q̄ audiebant
verbū: ⁊ erāt loquētes lin
guis et magnificātes deū
tūc petr⁹ iussit eos bapti-
zari i noīe dn̄i iesu xp̄i. ps
Dn̄s reg. irasc. ℣. Nimis
honorati. Scd'm mattheū.
In illo tp̄e. Uenit iesus Mat.
in partes cesaree phi 16.b.
lippi: ⁊ interrogabat disci
pulos suos dicēs. Quem
dicūt hoīes eē̄ filiū hoīs.
Et rel'. Omel'. excerpta ex
cōmen. origenis. Lcō. vii.
Interrogabat iesus disci
pulos dicens. Quē eū di-
cūt hoīes eē: vt ex aploꝝ
responsionibus nos disca
mus diuersas opiniones
tūc apud iudeos fuisse de
xp̄o. vn̄ sequit̄. Illi aūt di-
xerunt. Alij iohānē bapti-
stā: alij autē helyā: alij ve
ro hieremiā: aut vnum ex
p̄phetis. ℞. Quē dicunt Mat.
hoīes esse filiū hoīs dixit 16.d.
iesus discipulis suis: rn̄-
dēs petr⁹ dixit/tu es xp̄s
filius dei viui. Et ego di-
co tibi quia tu es petr⁹ et
sup hanc petrā edificabo
eccl'iā meā. ℣. Btūs es si-
mō barionā: q̄ꝛ caro ⁊ san

guis non reuelauit tibi:
sed pater meus qui est in
celis. Et ego. Lectio. viij.
Uide ꝓpt' diuersas opi-
niones iudeorū de chr̄o q̄
causa q̄dā eoꝝ dicebāt eū
iohannē baptistā: videlꝫ
estimationem secuti hero
dis dicētis ad pueros su-
os. Hic ē ioānes baptista
ipse surrexit a mortuis/
ideo ỽtutes operantur in
illo. Alij autē helyā eū di-
cebant/videlicet estiman
tes ꝙ aut scdam natiuita
tem accepisset: aut ex eo
tpe viuēs i tpe apparuit
Mat. 14.d. illo. R. Dn̄e si tu es iube
me venire ad te sup aq̄s.
Et extēdēs manū appre-
hēdit eū ⁊ dixit iesus mo-
dice fidei quare dubita-
sti. V. Cūq꜠ vidisset ventū
validū veniētē timuit: et
cū cepisset mergi clama-
uit dicens. domine saluū
me fac. Et exten. Lectō. ix.
Quidā hieremiam xp̄m
esse putabāt ꝓpter illa q̄
ad hieremiā iam dixerat
deus: ecce constitui te ho-
die sup gētes et super re-
ges edificare et demoliri
ꝑdere ⁊ reedificare et cir-
cūplātare. Quidā eū vnū
ex ꝓphetis esse putabant
propter illa q̄ locutus est

deus ad ꝓphetas: non tn̄
in ipis erāt ꝯpleta. Sꝫ pe
trus ex reuelatiōe dei pa
tris dixit euꝫ esse filiū dei
viui. R. Quocunq꜠ ligaue Mat. 16.c.
ris sup terrā erit ligatum
et in celis. Et q̄dcūq꜠ solue
ris super terrā Erit solutū
et in celis. V. Tu es inq̄t
petrus xp̄s filius dei viui
rn̄dēs dn̄s ait: et ego dico
tibi q2 tu es petrus ⁊ sup
hāc petram edificabo ec-
clesiā meā. Et. Gl'ia. Erit.
V. Tu es petrus. R. Et su
per hanc petrā edificabo
ecclesiā meam. In lau. a.
Petrus et iohānes ascē- Actu. 3.a.
debāt in tēplū ad horam
orationis nonā. Ps. Dn̄s
regn. a. Argētū et aurū nō Ibidē
est mihi: quod aūt habeo
hoc tibi do. Ps. Iubilate. a.
Dixit angelus ad petrū: Actu. 12.a.
circūda tibi vestimētum
tuū ⁊ seq̄re me. Ps. Deus de-
us. a. Petre amas me pa Ioā.
sce oues meas: tu scis dn̄e 21.e.
q2 amo te. a. Bn̄dicite. a.
Tu es petr⁹ et sup hāc pe Mat.
trā edificabo ecclesiā meā 16.c.
Ps. Lau. Ps. Petr⁹ q̄dē
Exultet celū. V. Annūcia-
uerūt. a. Quodcūq꜠ ligaue Mat.
ris super terrā erit ligatū 16.c.
et in celis: ⁊ quodcūq꜠ sol-
ueris super terrā erit so-

lutum ⁊ in celis dixit dñs simoni petro. ꝓ Bñ⁹. Oro.

Deus q̃ hodiernã diẽ apl'oꝝ tuoꝝ petri et pauli martyrio consecrasti da ecclesie tue eoꝝ in oĩb⁹ seq̃ preceptũ: p quos religionis sũpsit exordiũ. p. Ad pmã ãn. Petr⁹ ⁊ iohãnes. ꝓs. De⁹ in noie. An. Gras tibi. ꝓs. Quicunq̃ vult. Ad iii. ãn. Argentũ. ꝓs. Legẽ pone. Cp. Petr⁹ quidẽ. R̷. et ℣. de cõi aposto. ad oẽs horas dicãtur Ad. vi. ã. Dixit angelus. ꝓs. Defecit. Capitulum

Act. 12. a. Angelus dñi astitit ⁊ lumẽ refulsit i habitaculo carceris ꝑcussoq̃ latere petri excitauit eũ dicens surge velociter: et cõtinuo ceciderũt catene de manib⁹ eius. Ad. ix. ã. Tu es petr⁹. ꝓs Mirabilia. Capitulum. Actuũ. xii

Act. 12. b. Exiens petrus sequebatur angelum ⁊ nesciebat q2 verũ est qđ fiebat per angelum: estimabat autẽ se visum videre. Ad scđas vesp. ã. Jurauit dñs. ꝓs Dixit dñs. ⁊ cetera ac. cum suis ꝓis de cõi aploꝝ et dñr q̃tidie p oct. qñ fit seruitiũ de aposto. Cap. Jã nõ estis. R̷. Qui sunt isti. Hy⁹ Aurea luce. Hic hy⁹. dr singlis dieb⁹ p oc. tã ad vesp. q̃ ad mat. qñ dr seruitiũ de aposto. ℣ In oẽm terrã. ãn. Glorio si pricipes terre quõ in vita sua dilexerunt se ita et in morte non sunt separati. ꝓs Mgt. Oro. De⁹ qui hod. Et fiãt vesp. de vtrisq̃ apl'is videlicet loco scđarum vesperarũ de s. petro ⁊ loco primarũ vesperaꝝ de s. paulo: de quo fit plenũ serui. in crastino. Completo. dicat sicut post primas vesp. hui⁹ festi notatũ est. ¶ In cõme. sctĩ pauli apl'i. ad mat. Inuit. Laudem⁹ iesũ xp̃m In passione apl'i pauli. ꝓs. Uenite. Hy⁹. Doctor egregie. ℣⁹. Annue xp̃e. In. i. noc. ãn.

Qui opat⁹ est petro i apostolatũ opat⁹ est et michi inter gẽtes ⁊ cognouerũt gratiã q̃ data est michi a xp̃o dño. ꝓs Celi enẽ. Finito psal. stati dr ℣ Qui me segregauit. Deinde dr tota ã. pdicta qđ p totã annũ obseruetur qñ ℣. post ã. habet ℣ Qui me segregauit ab vt'o matris mee ⁊ vocauit me p gratiã suã ãn. Scio cui credidi ⁊ certus sũ q2 potẽs est depo

Gal. 2. b.
Gal. 1. c.
2. tim 1. c.

strum meū seruare in illū diē iust⁹ iudex. ℟. Bñdicā ꝟs⁹ De reliquo reposita est michi corona iustitie
Phil. 1.c. In Mihi viuere xp̄s est ⁊ mori lucrū gl'iari me opꝫ in cruce dñi nr̄i iesu xp̄i.
℟. Eructauit. ℣. Per quē
Gala. 6.d. michi mūd⁹ crucifix⁹ est et ego mūdo. ℣ In omnē terrā exiuit son⁹ eor. ℟c. i.

CONsiderem⁹ fratres charissimi q̄ntis apl'z suū dñs paulū extulit honoribus. Ad xp̄s illū cecauit: sed illius cecatione totius mūdi illuminationē fecit In paradisū illū rapuit in celuz tertiū subleuauit ineffabilis arcani fecit eū p̄ncipē taliūq; my
Gala. 2.b. steriorū cōsciū q̄ nulli hoī fas fuit cōfiteri. ℟. Qui opat⁹ est petro ī apostolatū opat⁹ est ⁊ michi inter gentes. Et cognouerunt gratiam dei que data est
1. cor. 15.b. mihi. ℣ Gratia dei in me vacua nō fuit sed gr̄a ei⁹ semp in me manet. Et. ℟c. ij

Paul⁹ ī t'ra gradiēs sic agebat ī cūctis quasi angelor societate frueretur Et passibili adhuc corpore colligatus: illor perfectione gaudebat. Nam ⁊ tāq; p̄enatus totū docēdo orbē p̄uolauit. Et quasi iā incorpore⁹ corporis labores p̄iculaq; contēpsit. Et quasi iā celū possidēs cūcta prorsus terrena despexit. Tāq; vo cū ipsis iā incorporeis virtutib⁹ degeret ita iugi mēt' intētiōe vigilauit. Tu. ℟e. Scio 2. timo. 1.c.
cui credidi ⁊ cert⁹ sum q2 potens est depositū meū s'uare. In illū diē iustus iudex. ℣ Reposita est michi corona iustitie quam reddet michi dominus. In illum. Lectio tertia.

Angelis sepe diuersarū gentium cura ꝯmissa est. Sed nullus eoruz ita populum sibi creditum gubernauit: vt paulus vniuersum orbem. Michaeli gens cōmissa est iudeor paulo vero terre ⁊ maris ac vniuersi orbis habitatio. ℟ Bonum certamen 2. timo.
certaui / cursum cōsūmaui / fidem s'uaui. Ideoq; 4.b.
reposita est michi corona iustitie. ꝟsus. Gratia dei 1. cor.
sum id quod sum et gr̄a 15.b.
eius in me vacua nō fuit Ideoq;. Gl'ia pa. Ideoq;.
¶ In ij. noct. ℟ Bonū cer 2. timo.
tamen certaui cursum cō 4.b.
summaui fidē s'uaui. ℣e. Oēs gentes. ℣ De cetero

reposita est michi corona
Actu. iustitie. aña. Tu es vas
9.c. electionis sancte aposto-
le predicator veritatis in
vniuerso mundo. ps. Ex-
audi deus deprecationē.
℣. Per quem omnes gen
tes cognouerūt gratiam
Ibidē dei. an. Magnus sanctus
paulus vas electionis ve
re digne est glorificādus
qui et meruit thronum
duodecimū possidere. ps.
Mat. Exau d. ora. ℣. In regna-
19.d. tione cū sederit fili⁹ hois
in sede maiestatis sue. ℣.
Cōstitues eos. Lect. iiii.
Beatus paulus apl's
magister a deo con-
stitutus gētiū: ipse prote-
ctor erat bellantiū: ipse se
dulus minister egrotorū.
Nec in spūalibus solū tā
egregium cōseruabat du
cē sed in carnalib⁹ quoqȝ
plurima sollicitudinis ac
prouidentie sue documē-
2.tim ta pstabat. ℟. Reposita
4.b. est michi corona iustitie
quā reddet mihi domin⁹
in illa die. Justus iudex.
2.tim ℣. Scio cui credidi et cer-
1.c. tus sū qr potens est depo
situm meum seruare. Ju
stus iudex. Lectio qnta.
Sicut enī ferrum in igne
missum totū ignis efficit
sic paul⁹ charitate succēs⁹
tot⁹ fact⁹ ē charitas. Qui
quasi cōis totius mūdi es
set pr̄ ita oim non mō car
nales parentes sȝ etiā spū
ales pietate supabat: pe-
cunias ⁊ vba corp⁹ ⁊ ani
mā p illis ipēdēs. ℟. Gra 1.cor.
dei sū id qd sū. Et gr̄a el⁹ 15.b.
in me vacua non fuit: sed
semp i me manet. ℣. Qui
opar⁹ est petro in aposto- Gala.
latū oparus est et michi 2.b.
inter gētes. Et. Lect. vi.
Qui ergo paul⁹ de chari-
tate fact⁹: imo tot⁹ factus
est charitas ideo charita
tē plenitudinē legis voca
bat et vinculū pfectionis
oimqȝ mrem bonoꝝ initiū
fineqȝ virturū ideoqȝ dice
bat. Finis pcepti ē chari-
tas. ℟. Michi viuere xp̄s Phil.
est et mori lucrū. Gl'iari 1.c.
me oportet in cruce domi
ni mei iesu christi. ℣. Per
quē mihi mūd⁹ crucifix⁹
est ⁊ ego mundo. Gl'iari.
Gl'ia. Gl'iari. In iii. noc. a
Ter virgis ces⁹ sū / semel 2.cor
lapidat⁹ sū ter naufragi- 11.f.
um ptuli pro xp̄i noie. ps
Cōfitebi. ℣. Nocte ac die
in pfūdū mar⁹ fui. a. Re 2.tim
posita est mihi corona iu 4.b.
stitie: quam reddet mihi
dn̄s in illa die iust⁹ iudex

ps. Dñs reg. ex. ℣ Coope
2.cor. 12.c. rãte grã spũs scti. an. Ne
magnitudo reuelationũ
extollat me dat⁹ est mihi
stimulus carnis ãgel⁹ sa
thane q̃ me collaphizet. ꝓ
pter quod ter dñm roga=
ui: vt auferet a me ⁊ dixit
mihi dñs: sufficit tibi pau
le grã mea. ps. Dñs reg.
irasc. ℣ Nã virtus in infir
mitate perficitur. ℣ Ni
Mat. 19.d. mis ho. Secũdũ mat. xix.
In illo. tẽ. Dixit simon
petr⁹ ad iesum. Ecce
nos reliqm⁹ oĩa: et secuti
sumus te. Quid ergo erit
nobis: Et reliqua. Omel.
bti hierony. pbri. Lec. vij.
Cũ dñs et saluator nr̃ di
uites difficile regnum ce
lorũ intrare dixisset disci=
puli eius fiducialiter re=
spondersũt dicentes. Ecce
nos reliqmus oĩa: et secu
tisum⁹ te. Quid ergo erit
2.cor. 11.g. nobis. R̃m Damasci pre
posit⁹ gẽtis arethe regis
voluit me ꝯprehẽdere. A
fratrib⁹ ꝑ murũ sum miss⁹
ĩ sporta: ⁊ sic euasi man⁹
eius in noĩe dñi. ℣ De⁹ et
pr̃ dñi mei iesu xp̃i scit: q2
non mẽtior. A fra. R̃. viij.
Grãdis eñi erat fidu=
cia illorũ qui cũ᷑ di
uites nõ fuerãt sed victũ
manu ⁊ arte q̃rebãt tñ cõ
fidẽter dicebãt se reliq̃sse
oĩa addendo et secuti su=
m⁹ te. Oĩa eñi deseruerãt
q̃ cũcta q̃ ab aliis deside=
rari poterant: etiã deside
rare postposuerãt. Nõ ei
hoc solũ ad pfectionẽ suf=
ficit si q̃s diuitias huius
mũdi cõtẽpserit nisi post
cõtẽptas diuitias salua=
torẽ sequat: id est nisi re=
lictis malis faciat bona.
R̃. Tu es vas electionis Actu. 9.d.
sancte paule apostole pre
dicator veritatis in vni=
uerso mundo. Per quem
omnes gentes cognoue=
runt gratiam dei. ℣ In=
tercede ꝓ nobis ad dñm
q̃ te elegit. Per. Lect. ix.
Facili⁹ eñi saccul⁹ re
linquit q̃ voluntas
Multi ei diuitias reliq̃n=
tes dñm nõ sequunt: q̃ ait
Nõ veni facere volũtatẽ
meã sz ei⁹ q̃ misit me. Je=
sus aũt dixit eis. Amẽ di
co vobis: q̃ vos qui secuti
estis me in regñatione cũ
sederit filius hoĩs in sede
maiestatis sue sedebit᷑ ⁊
vos sup sedes duodecim
iudicantes duodeci trib⁹
isr̃l. ℟ Sctẽ paule apl̃e p̃
dicator vitat᷑ ⁊ doctor gẽ
tiũ Intercede ꝓ nob᷑ ad

deū qui te elegit. Vꝰ. Ut di
gni efficiamur gr̄a dei In
tercede. Gl'ia. Intercede.
V. Dedisti here. In lau. a̅.
1.cor. 3.b. Ego plātaui apollo riga
uit deꝰ aūt incremētū de:
Ibid. dit al. Dn̄s re. V. Unus
quisqꝫ em̄ propriā merce:
dē accipiet scd̄m suū labo
2.cor. 12.c. rē. a̅. Libēter gl'iabor i in:
firmitatibꝰ meis vt inha:
bitet in me virtus xp̄i. ps.
Ibid. Jubilate. V. Cū aūt infir
mor tunc fortior sū et po:
1.cor. 15.b. tēs. an. Gr̄a dei in me va:
cua non fuit sed gr̄a eius
semꝑ i me manet. ps. Deꝰ
deꝰ. V. Gr̄a dei sum id qđ
2.cor. XI.g. sū. a̅. Damasci ꝓpositꝰ gē
tis arethe regis: voluit
me ꝯprehēdere a fratribꝰ
per murū missus sū i spor
ta et sic euasi manꝰ eiꝰ in
noie dn̄i. ps. Bn̄d. Vꝰ. Deꝰ
et pr̄ dn̄i mei iesu xp̄i scit
qr nō mētior. Scē pau
le ap̄le predicator verita:
tis ꝛ doctor gentiū: inter:
cede pro nobis ad dn̄m q̄
te elegit. ps. Lau. V. Ut di:
gni efficiamur gratia dei
Capitulum. Galathas. i.
Gal. 1.b. Notū facio vobis euā
geliū qđ euangeliza
tū est a me qr nō scd̄m ho
minē neqꝫ em̄ ab hoīe ac:
cepi illđ neqꝫ didici: sed ꝑ
reuelationem dn̄i nr̄i iesu
xp̄i. Vꝰ. Exultet ce. V. An
nūcianert. a̅. Ego eī iā de: 2.tim 4.b.
libor et tp̄s mee resolutio:
nis instat bonū certamen
certaui cursū ꝯsūmaui fi
dē ſuaui supest michi co
rona iustitie quā reddet
mihi dn̄s i illa die iustus
iudex. ps. Bn̄dictus. Oro.
Deus q̄ multitudinē
gētium beati pauli
ap̄li tui ꝑdicatiōe docui:
sti da nobis q̄s vt cuiꝰ na
talicia colimꝰ eiꝰ apud re
ꝓpiciatoriam sentiamꝰ. ꝑ dn̄m.
Me. de s. petro. an. Petre Joā. 21.c.
amas me pasce oues me
as tu scis dn̄e q̄a amo te.
V. Tu es petrꝰ. R. Et sup
hāc petrā edificabo. Oro.
Deus q̄ btō petro apo
stolo tuo collatis cla
uibꝰ regni celestis aīas
ligādi atqꝫ soluēdi pōtifi:
ciū tradidisti ꝯcede q̄s vt
intercessiōis eius auxilio
a peccāꝝ nr̄oꝝ nexibus li:
beremur. Qui. Me. de s.
Joāne bap. a̅. Int' natos. V.
Fuit hō. oro. Deꝰ q̄ p̄n̄tē.
Ad. 1. an. Ego plātaui. ps.
Deꝰ i noie. Et dicātur oēs
ae sub ho. sine V. Ad. iii. a̅.
Libēt. ps. Fuit hō. cp. No
tū fa. R. et Vꝰ. de cōi vni'
ap̄li ad oēs ho. dicāt. Ad

sextam. an. Gratia dei sū. ps. Defecit in sa. Capl'm.

Gal. 6.d. Michi autē viuere xp̄s est et mori lucrū glo riari me oportet in cruce dn̄i nr̄i iesu xp̄i per quem michi mūdus crucifixus est et ego mundo. Ad. ix. an. Sancte paule. ps. Mi rabilia testimo. Capl'm.

2. tim. 4.b. Bonum certamen cer taui: cursum cōsum maui/ fidē seruaui/ de re liquo reposita est mihi co rona iustitie quam red det mihi dn̄s in illa die iu stus iudex. Ad vespe. an. Jurauit. ps. Dixit do. et ce tere ãc. cū suis ps. de cōi aplo. cp̄m. Jam nō estis Hy⁹. Aurea lu. ℣. In om ne. an. In regeneratione ps. Magt. oro. Deus qui hod. et ii cōiter de vtrisq; apl'is dicant vel. Memo. de sctō ioāne ãn. Ingresso. ℣. Fuit hō. or. De⁹ q̄ pre. Si ista cōme. i sab. cōtige. vel. i ipo sab. de do. sequē. erūt et so. me. de apl'is cū ã. et or. p̄dictis. Deinde fi at me. de oc. scti ioā. bap. vtā. et postea de tri. et pro ces. ān crucē fiat more so lito. ¶ In oct. scti ioā. ba. Ad mat. y⁹. ℟. et ℣. sicut in. i. die. ℣. Gra et ho. Lc. i.

Post illiū sacrosanctū dn̄i nr̄i natalē diem nullius hōis legimus na tiuitatē celebrari: nisi so lū beati ioannis baptiste In aliis sanctis et electis dei nouimus illum diem coli quo illos post cōsum mationem laborū et deuī ctum triumphatūq; mū dum in perpetuas eterni tates presens vita partu rit. ℟. Fuit hō. Lectio. ii. In aliis sanctis consum mati vltimi diei merita celebrātur. In hoc etiam prima dies et ipa hōis ini tia, p hac absq; dubio cau sa consecrantur quia per hūc dn̄s aduentū suum: ne subito insperatū homi nes non agnoscerent no luit esse testatum. ℟. Jo annes. Lectio tertia. Ioannes figura fuit ve teris testamenti et i se for mā pretulit legis. Et ideo ioannes prenūciat salua torē: sicut lex gratiā p̄cu currit. Quod aūt nondū natus de secreto materni vteri prophetauit: et ex pers lucis effectus est te stis veritatis: hoc est in telligendū/ qd̄ latens sub velamine et carne litere et redēptorē mūdo spū pre

dicauit et nobis dñm nostrũ de quodã legis viero procreauit. Ergo iudei erauerũt a ventre id est a lege q̃ xp̃o erat grauida: et ab vtero locuti sunt falsa. R̷ Inter natos. p̃ Te deũ. v̷ Fuit hõ. In laud. hc sola Elizabeth. ps. Dñs reg. cp̃ Audite insule. hy⁹ O nimis felix. v̷. Iust⁹ ger. ã Factũ est in die octauo. Reci. hãc ã. in p̃ma die. ad. ii. vesp. super p̃m Magñ or. De⁹ q̃ p̃sentẽ. Mẽo. de apl'is. ãn. Petrus apl's ⁊ paul⁹ doctor gentiũ: ipsi nos docuerũt legẽ tuã dñe. v̷. Annũciauerũt. oro. De⁹ q̃ hodier. Deinde mẽo. dicant cõsuete. Ad. i. ã Elizabeth. ps. Deus in noie. ãn. Gloria tibi tri. ps Quicũq; vult. Ad alias horas oĩa fiant sicut ĩ die. Si octa. scti ioannis in do. ↄtig. fiat totum seruitiũ de do. ⁊ media fc. de scto ioanne: nisi tota hist. fuerit cantanda tunc tm̃ mẽo. de oct. et tm̃ mẽo. de apostolis. ¶ Sequẽtes ã dicant ad vesp. et ad matuti. super psal. Magñ et Benedictus. qñ de apostolis fit seruitiũ/ vel ad mẽo. eorũdẽ/ cum de aliquo sancto fit seruitiũ cũ repetitiõe earũdẽ. ãn Petrus apl's. v̷ a. ãn O petre pastor summe ⁊ paule doctor magne nos xp̃o pia p̃ce purgatos cõiungite. ã Gloriosi prin. q̃re hanc. ã. in p̃ma die ad. ii. vesp. sup p̃m. Mgr ãn Beati eritis. ãn. Tradent em̃ vos. q̃re has duas ãnas in cõi apl'oꝝ. ¶ Visitatio btẽ marie celebretur ĩ ecclesia sarũ ĩ cra post oc. s. ioãnis bapti. Ad. i. vespe. ã. Eterni p̃ris fili⁹ mariã cõcupiuit de sctõꝝ splẽdorib⁹ in matrẽ itroiuit. ps. Dixit d. ãn. Liliũ ↄualliũ fragrãs in odorẽ: iter ornat montiũ ferẽs celi florẽ. ps Laudate pueri. ãn Paradisus celicũ fructũ afferebat grauide q̃ puerum gaudio replebat. p̃. Letatus. ãn Lucernã veri luminis dñs accendit quo dragmã nr̃am p̱ditã saluãs apprehẽdit. p̃. Nisi dñs. ã. Cõfortat mater filios simul ⁊ veracem totius hierusalẽ: ponens fines pacẽ. p̃. Lauda hirlm

Cp̃m. Ecclesiastici. xxiiii.

Ego mater pulchre dilectionis et timoris ⁊ agnitionis et sancte Eccli. 24. c.

spei: in me oīs gratia vie et veritatis: in me oīs spes vite et virtutis. Deo gra. ℟. Exultat infans gaudiis in spiritu helie cuius mater mirabilis fit compos ꝓphetie. Celi manat delitiis itroit⁹ marie. ℣. Propter arcam domini benedixit domui deus zacharie. Celi manat. Gloria pri. Celi manat. Hy⁹.

Festum matris gloriose / plebs sancta concelebret pietatis viscerose gratiam expostulet: quā cognata copiose sensit hic elizabeth.

Fecūdare senectut⁊ sterilē aggredit̄ que diuine iā virtutis mater clā efficitur. gratulatur cū salutis consortem alloquitur

Vox nō loquens exultauit ad verbi p̄sentiā / sed elizabeth expauit matris excellentiā bn̄dictāq; clamauit fructus affluentiā

Unde mihi quisq; putet hoc ait p̄sagiū vt deuote me salutet mr̄ regis oīm vētris mei fructum mutet in nouum tripudium

Virgo sic dū commendatur canticum leticie / psallens pure gloriatur ī auctorem gratie quo beata predicatur in oī progenie

Trine de⁹ summe pie regnās eternaliter hc̄e virginis marie nos cōserua iugiter vt post finē huius vie viuam⁹ perenniť. Amē

℣. Diffusa ē. ℟. Propterea. an̄. In psalterio decacordo psallit virgo regia dn̄m magnificādo qui fecit magnalia pellens potentes de sede diuina iustitia seruos hūiles exaltans ex mia. ps. Mḡt. oro

Deus q̄ sacratissimā virginem mariā vnigeniti tui matrez mutue cōsolatiōis gr̄a beatā elizabeth visitare fecisti: cōcede ꝓpiti⁹ nobis famulis tuis vt ex ei⁹ visitationibus assidue ꝯsolemur: et a cūctis aduersitatib⁹ tuo munimie ꝓtegamur Per. Nulla fiat mēo. de feriis ꝓcesso et martiniano nec ī audiētia nec sub silē. neq; etiā de oc. apos. nisi fue. cū reg. cho. tunc em̄ de apo. fiat solē. mēo. ad vtrasq; ves. ⁊ ad mat. Ad cōple. an̄ Scā maria ps Cū īuoca. ca. hy⁹ Saluator. a. Glificam⁹. ca. p̄. Nūc di. Ad mat. īui. Reginā celi glie deuote collaudem⁹. Matrez misere

Eccli. 24. c.

nite adorem⁹. ℟. Ueñ v⁹

MUndi sal⁹ affutura virga mr̄ inclyta gestu simplex mente pura specie ꝓfulgida cū celesti gēitura ꝓcessit i publica.

Caput conterens diaconis rubus q̄ nō vrit aarō virga gedeonis vell⁹ qđ ꝓfundit hec perfecta salomonis que beata dicitur

Genitrix ēmanuelis virga iesse floruit ostiū ezechielis: qđ viro nō patuit mōs q̄ lap⁹ daniel statuā ɔminuit. Sic i mūdo preter morē notū fecit dñs castus mr̄ ɔditorē circūdat visceribus terra gignit saluatorem nubibus pluētibus.

Uirgo chara charitatis feruēs desiderio caste cōsanguinitatis fauet ministerio gaudēs hui⁹ nouitatis sancto puerperio.

Felix domus zacharie talē habens hospitē felix cognata marie quā suscepit comitē sz ioānis ⁊ messie tu distingue limitem.

Laus sit sūmo genitori qui regnat p oia: laus sit nr̄o redēptori p quē venit gr̄a ꝓcedenti creatori sit eq̄lis gl̄ia. amē. In .i. noc. ā.

Pr̄ mr̄is filio singl'a subiecit infātis gaudio laudēq₃ ꝑfecit. ℟. Dñe do. nr̄

an. Sol in tabernaculo solis illucescit: dū spōsus in thalamo spōse requiescit. ℣. Celi eñ. an. Cepit terra dñi fructu fecundari per miam a deo salutari. ps. Dñi est terra. ℣. Diffusa. Bndictio. Alma vgo ⁊c. l.

GLoriose virginis marie matris dñi varie festiuitates eo celebrius atq₃ deuotius i eccl'ia dei recolēde sunt: quo cōstat eā beatiorē esse post xp̄m presertim cū ei⁹ celsitudo mirabilis icomparabilit affluat delicijs gratiarū. Ipsa nāq₃ residet ad dexterā maiestatis i excelsis magni regis assueri consors effecta. Specialis interuētrix ꝓ suo gn̄e sicut hester delicata in necessitatis tpe ꝑparata: tāto cūctis celi ciuib⁹ potētior atq₃ sublimior: q̄to differentius pre illis nomen matris dei singulariter hereditauit. ℟. Elizabeth vt virgini senectus ꝑsentatur hanc voce venerabili salutat āplexat. Intacta mr̄ sterili mr̄i cōgratulat. ℣. In sacris claustris viscerū: ꝑcursor puer puerꝫ dñm ꝓtestat. Inta. Bndi

ctio. Xp̄s marie filius. Rc. ii.
Laudes igitur et preconia tā excelse matris roman⁹ pontifex vrban⁹ sext⁹ pio studio volēs ampliare: festiuitatibus ātiqs festiuitatē nouā supaddere decreuit vt visitatiōis ei⁹ mēoria frequentaret: qua post ɔceptionē verbi diuini cognatā suā elizabeth humiliter salutauit. Tu. Rc. Exultauit infans gaudiis in spū helie cuius mr̄ mirabilis fit cōpos ꝓphetie. Celi manat deliciis introitus marie. ℣. Propter arcā dn̄i: benedixit domui de⁹ zacharie Ce. Bnd. Sctā dei ge. l. iii.
Ut aūt deuoti⁹ et attēti⁹ ad idē festū celebrādū incitaret plebs fidelis: prefat⁹ pontifex roman⁹ auctoritate ap̄lica statuit diē solēnitatis sexto nonas iulii p singulos annos celebrādū ɔcedēs piis hui⁹ festi cultoribus speciales idulgētias ppetuis tēporib⁹ duraturas Unde oībus vere penitētib⁹ ɿ confessis q̄ matutinali officio seu misse: aut vesperis eiusdē festiuitatis in ecclesia p̄sentes affuerint: cētū dies. Eis vero qui p̄me/tertie / sexte / none ac completorii officiis interfuerint: ꝓ qualibet ipsaꝝ horaꝝ quadraginta dies. Illis autē q̄ p octauas eiusdem matutinalib⁹ misse/ vesperaꝝ/ ac p̄dictarū horaruꝫ officiis interessent: singlis diebus cētū dies de iniūctꝭ sibi penitentiis misericorditer relaxauit. Tu. Rc. Bn̄dictā p̄dicat senex portā spei: vn̄ hoc vt veniat ad me matr dei. Uoce tui iubilat. Infās vētris mei ℣. Btā q̄ credidisti: in te fient q̄ audisti ecce signū rei. Uoce. Gl'ia. In. In iii. noc. a. Stat i regis dextera gl'ie regina vide regis filia: ɿ aurem inclina. ps Eructa. a. Dei tabernaculū quod ipe sacrauit ex te vite fluuium cūctis deriuauit. ℣. De⁹ nr̄ refu. an. Florida sterilitas senex virtuosa: de te dei ciuitas dixit gl'iosa. ps. Fūdamēta. ℣. Spe tua. Bn̄d. Sctē marie merita nos ducāt ad regna celestia. Rc. iiii.
Uiros igitur sanctos atqꝫ deuotos ad huius diei festiuitatē celebrandam alliciunt: tam auctoritas et euāgelioꝝ

fides q̃ miraculoꝝ cõcursus ex quibus tante solẽnitatis materia / certior esse ꝓbatur: et efficacior in laude ꝓspicit. Refert ei euãgelista ↄtinuo post angelicã salutationẽ mariã virginem elizabeth cognatã suã visitasse ꝑsonaliter et benigne salutasse Inestimabilis nanq̃ singularis hũilitas: que mẽti marie firmiter adhesit et liguã virgineã in hĩnõi vocẽ ꝓrũpe fecit. Ecce ancilla dñi. ℟ Laudis cũ ꝓconio cultu singulari letabat̃ cãtico suo salutari Cum pudoris lilio parẽs absq̃ pari. ℣. Nã deb; ab oib⁹ gñationib⁹ btificari. Cũ. Bñd. Que pepit xp̃m ꝓ nob' postulet ipm. ℟. ℣.

Miraculoꝝ etiã affuit gratia copiosa dũ ꝟgo venerabilis ⁊ femia sterilis: ambe pregnãtes occurrerunt sibi: infantium in vtero quos necdũ partus ediderat: mutua notitia comperta est: du; puer propheta dominum prophetarum presentem exultando reuelauit: quẽ adhuc ꝭmone vocis predicare nõ valuit. Mater quoq̃ pueri spiritu sancto repleta matrẽ dei mariam prophetica laude confessa est fidem eius cum fecunditate commẽdans et florem cum fructu deuote benedicens. ℟ Christi sanctuarium: spiritus sacrarium / mater pietatis. Pregnanti solatiũ cognate subsidiũ administrat gratis. ℣⁹. Sic maria nobilis formã vere singulis dat hũilitatis. Pregnã. Bñdic Stella maria maris succurre piissima nobis. Lectio. vi.

Exultemus igitur in hac die tot ⁊ tã excelsa fidei nostre sacramẽta debita veneratione recolentes: in qua celebriter extollitur: beate virginis marie matris dei gloriosa fecunditas. Aduẽtus christi hominis in carne predicatur pueri exultãtis noua sũt ꝑludia ⁊ sancte mulier' elizabeth grã cõfirmat̃. O maria virgo piissima quis potest tua digne referre preconia: cuius singularis humilitas in angelica collocutione conceptum diuinũ habere ꝓmeruit. Cuius gratissima charitas in sancte cognate visitatiõe mi

rabilis apparuit: cui⁹ salutatio benigna puerum in ventre clausum exultare pdocuit/et matrē pueri prophetare fecit. Nemo sileat a laude tua: cuius materia mundum replet vniuersum. Salutem⁹ te ergo multiplices et immensas tibi referendo gratias: tu nos visita per frequentes tuas et innumeras misericordias/ vt tue beatitudini congaudentes: regni filij tui mereamur esse participes. R. Digna quā respiceret cuius concupisceret dominus decorē. Se velut pauperculam. Prebet et ancillulā post matris honorem v. Nā virgo christifera gratiarū munera refert in datorē. Se velut Gloria. Prebet. In iij. noc. An. Per te mater omnis terra cantat noua cātica laudans q̄ pfecit deus in te mirabilia ps. Cantate. Añ. Per te lux est orta iustis et rectis leticia siō audit et letatur cū iudee filia ps. Dñs re. ex. an. Dū cepit virgo salutare senē piis vocibus missum suum salutare notum fecit dñs ps. Cātate. ij. v. Adiuuabit eam. Bñd. Per marie merita prosit nobis lectio euāgelica. Scdm lu.

In il. tē. Exurgēs maria abijt in montana cū festinatione i ciuitatē iude: ꝛ itrauit i domū zacharie/et salutauit elizabeth. Et reliqua. Omelia vene. bede psbite. Le. vij.

Postq̄ ꝑ ꝑes btā maria/ āgelica visiōe ꝛ allocutione meruit sublimari postq̄ se celesti venustandam partu didicit neq̄q̄ se de donis celestibus quasi ex se essent extulit: sꝫ vt magis magisq̄ donis esset apta diuinis in custodia hūilitatis gressū fixit ita euāgelizāti sibi āgelo rn̄dēs. Ecce ancilla dñi: fiat michi ꝯm verbū tuū. Eādē vo quā āgelo exhibuerat hūilitatē: oib⁹ q̄q̄ curauit exhibere. Illa autē mox vt āgelus q̄ loq̄bat̄ et ad celestia redijt/ surgit/ ac mōtana conscendit gestāsq̄ deū in vtero ꝑuotū dei hitacula petit ac req̄rit alloquia. R. Felix parens ꝛ puerperiū quibus adest regina virginū: Ibi nequit esse periculū: vbi salus que curat seculum v⁹. Gabrielis iuxta presa

Luce I. D.

gium: tūc est natū multorum gaudiū. Ibi. Bñdi. Diuina solatia nobis impetret ṽgo maria. ℟. viii.

Intrat ergo btā maria domum zacharie atq₃ elizabeth quā seruū atq₃ ꝑcursorem dñi paritura nouerat salutat: non quasi dubia de oraclo qđ acceperat s₃ vt cōgratulatura de dono qđ cōseruā accepisse didicerat. Aperiente ṽgo btā maria os ad salutandū: repleta est spū sancto mox elizabeth: et dixit. Bñdicta tu inter mulieres: p cui⁹ ptū virgineū a nat₃ mulieꝝ: maledictio prime mr̄is exclusa est. Et bñdictus fruct⁹ ventris tui: p quē ꝛ semē incorruptiōis ꝛ supne hereditatis quā pdidim⁹ in adā fructū recepim⁹. Et ṽe ac singularis bñdict⁹ q̄ nō nr̄o more postq̄ natus est gratiā a dño benedictionis accepit: sed ipe ad saluādū mundū bñdictus qui venit in noīe dñi Tu. ℟. Gloriosa celorum dña spōsa reg₃ ꝛ mr̄ inclyta / celi melos / mūdi fiducia. Nr̄a clemēs audi precamina. ℣. Stella maris occasus nescia placa nobis mūdi certamina. Nostra. Benedictio Ad societatē ciuiū supnoꝝ: perducat nos regina celoꝝ. ℟. ix.

Vere ꝓphetie spiritu replera elizabeth genitricem ad se aduentasse saluatoris intelligit: s₃ humilitatis spū circunsepta minus dignā se eius aduentu deprehendit dicens. Unde hoc michi: vt veniat mater dñi mei ad me. Nos ergo fratres exempla btē marie sēp animo retineam⁹ vt in cōspectu dei hūiles inuēti ꝛ ꝓximis debito honore submissi mereamur cū ipsa ꝑpetuo sublimari. Si immoderat⁹ tp̄aliū reꝝ nos appetit⁹ delectat: reminiscamur q₂ iudex nr̄ diuites dimisit inanes. Nūq̄₃ de impetrāda admissoꝝ venia desperemus: quia mia eius a ꝓgenie i ꝓgenies timentib⁹ eū. ℟. Regalis stirpis ṽginem ob sui pulchritudinē rex sūm⁹ adamauit. Clādestinū cōnubiū. Infans per matris vterū exultās reuelauit. ℣. Joseph noli metuere: qđ natum est ex ꝯiuge de spū manauit. Clande. Glia. Infans. ꝑo. Te deū

V. Ora pro nobis scta dei genitrix. R. Ut digni. &c. Iste v. dicat quotidie per octa. In laud. an. Scadit montes aurora gratie luce fulges celestis glie iustis feres sole iustitie die monstrat noue letitie. ps. Dns reg. an. In concursu matru cu gaudio preco paru9 cares eloqo seruus rege nosces in vtero puer infans colludit puero. ps Jubilate. an. Senex plena celesti munere rorem fusum cernens in vellere flammam ignis rubu no vrere / iesse virga clamat florescere. ps. De9 deus. an. Saluatoris coceptus panditur virgo pura mater efficit benedicta predigne dicit in qua vite fructus exoritur. ps Benedicite. an. Mater pia plena virtutib9 deu laudat feruore spus: ipsi psalles cu sacris vocib9 qr respexit ancilla dns. ps Laudate. cap. Ego mr pulchre. Hy9.

O Salutaris fulges stella maris generas prolem veritatis solem mater bonorum clemens famulorum suscipe votum.

Congratulamur z tuas conamur canere laudes que deo cogaudes: sed no condignis pualem9 hymnis dicere totum.

Qua veterana traxit in motana gressu festinam rosam matutina tibi iubilamus et concelebramus hec tua festa.

Uocem rachelis exaudi de celis que et nunc orat filiosqz plorat potens regina gratia diuina pellere mesta.

O mediatrix orbis reparatrix laus angeloru / salus infirmorum / flos feminaru / hostem animarum reprime seuum.

Sit benedicta trinitas inuicta per quam beata virgo coronata meruit frui fructu ventris sui nunc z in euum. Amen. vs9. Elegit eam deus et pre. an. Redemptor rex israel venit in virgine / repletur elizabeth sacro spiramine / prophetat puerulus in rerum ordine / miranda fit nouitas / laus tibi domine. ps. Benedictus. Oratio vt supra. Memo. de do. et de trini. priuatim. Si hoc festu in do. contige. nulla fiat memo. de sanctis. Ad prima an. Scadit. ps. De9 in nomine. Ad tertia an.

In concursu ps. Legē pone. cpm. Ego mat pul. R. Diffusa est gra. V. Specie tua. Ad.vi.an. Senex. ps. Defecit in saluta. Capl'm.

Cāti. 2.c. Surge ꝓpera amica mea columba mea/ formosa mea/ ꝛ veni iam hyēs trāsiit hymber abiit ꝛ recessit/flores apparuerūt in terra nr̄a/tempus putationis aduenit. R. Specie tua. V. Adiuuabit eam. Ad.ix.ā. Mater pia. ps. Mirabilia. Cpm.

Cāti. 2.d. Veni colūba mea ī foraminib⁹ petre/ ī cauerna macerie/ostēde michi faciē tuam: sonet vox tua ī auribus meis / vox em̄ tua dulcis est ꝛ facies tua decora. Deo gr̄as. R. Adiuuabit. V. Elegit. ꝛc. Ad.ii.ves.ā. Scādit montes. ps. Dixit dn̄s. Confitebor. Beatus vir qui ti. De profundis. Memēto. Cp. Ego mf. R. Felix parēs. hy⁹. Festū ma. V⁹. Elegit. ā. Exultat virgo virginū in deo salutari:cōfortans semē abrahe gr̄a singulari quod patribus promissum est in fide regulari/ verbū de celo missum est in radio solari. ps. Magnificat. Memo. de oc. et de tri. Si hoc fes. in sab. cōti. sed nulla processio fiet dicatur cōple. vts ad.i. vesp et quotidie qn̄ fit seruitiū de oct. nisi in fest. s. martini: et trās. s. thome mart. tūc ad cple. dicat an. Miserere. sup ps. Cū inuocarē. ꝛc. hy⁹. Saluator. ꝛc. sine hymni dicat. Deo patri. an. Lucē tuam. Quotidie infra oct. fiat seruit. de visitatione cū regimine chori nisi fest. ix. lect. intercurrat. Ad mat. iuxta. hy⁹. āe. et ps. sicut ī ple V. ꝛ R. sm ordinem noct. Ante lau. V. Ora ꝓ nobis ꝛc. In laudi. hec sola ān. Scandit mōtes. ps. Dn̄s regnauit. Cp. hy⁹. V. sicut in die. Quotidie p oc. sup ps. Bn̄di. et Magt. nisi in dn̄ica et in octa. die sp dicātur āe. suo ordine q̄ ad primas ves. dicebātur cū frequēti repetitiōe earūdē. et etiā ad mē. de oct. qn̄cunq3 de aliquo fest. ix. lec. fit seruitium. ¶ Et notādū est ꝙ in fest. trans. s. martini fiāt mē. lec. de aplis ꝛ nō de oc. s. marie. ¶ Notandū est ꝙ in festo scti martini et in alio fest. ix. lc. infra octa. visitatiōnē marie cōting. dūr ves.

et matu. de s. maria extra cho. sicut extra oc. eiusdē.

Scda die infra oct. Lc. i.

SAcrosctē militāti ecclesie cōgruū recteqȝ visum est vt que regine celi glīose dei genitricis marie visitatiōis gratiam in sue tribulationis angustia cogitur exorare: piissime visitatiōis illi⁹ qua salutauit elizabeth festiuitatem debeat celebrare. Sic enim preces maiestati ei⁹ venerabilius offerūtur vt ex aliqua beniuolētie decantatione sua beniuolētia cōgrue sit captanda Magna hec festiuitas domui zacharie iocundissima fuit. Et tanto nobis iocundior esse debet: quo ipsius ineffabilē humilitatē virginitatisqȝ suauitatē i ea speciali⁹ celebramus. Tu a de. i. noct. Lc. ii.

Exurgēs maria abiit in montana cū festinatione abiit gēma virginum matrū glīa / mulierū decus a quietis vallib⁹ / a thalami deliciis ad labores in mōtib⁹ / fons affluēs in montana ascēdebat. Nūquid nō sunt delitie ṽginitatis dec⁹ cū munere fecūditatis hūilitatis insigne charitatis. Fauus distillans mie viscera / plēitudo gratie singularis scrē seni elizabeth sctis angelis speciosa facta est ꝛ suauis in huiusmodi deliciis suis / sancta dei genitrix. Mons myrrhe / mons thuris / cuius iustitia sicut montes dei / mōtes scādit corpore et non minus mente conscendit. Tu autē. Lc. iii.

Certe nō vanis aspectibus nō ociosis fabulis intēdebat: sed piarū meditationū sursum actionibus deuotis orōnib⁹ ꝛ vniuersarū virtutū exercitiis q̄s pigmētari⁹ celestis i ipsa ꝯmiscuit vt fragrās ṽga fumi ex aromatib⁹ an cōspectū dn̄i iugiter ascēdebat. Strēnuitatis indicium: prudentie circunspectio virginalis erubescentia notant̄: cū annectitur cū festinatiōe. Fortitudinis donū ipsa habuit: qm̄ abrupta montiū festinanter ascēdit. Prudentie circūspectionē aduertimus qm̄ vagis non est vsa discursib⁹ / sed sedula ceptis institit deuotis operibus virginalis etiā erubescentia in hac clarescit: q2 diu in publico videri noluit.

Tu. Infra oc. visi. bte mae. me. de apo. hoc die ad mat. a. O petre pastor sumere paule doctor magne nos xpo pia prece purgatos coniungite. Ubi tn fuer. oc. de apost. cu reg. cho. a.
4. a. Uri eritis. v. Annunciauerunt. Ro. Deus q hodi. Hac die ves. erunt de s. martino hoc mo ad ves. sup ps a. Justu de. pi fer. Cp. Ecce sacerd. Re. Miles xpi. Hy. Iste cofes. v. Amauit. an. Cofessor dni. p. Mgt. Oro

Deus q ppl'o tuo eterne salutis btm martinum ministrum concessisti: psta qs: vt q executor mandatoru tuoru extitit in terris intercessor nr semper esse dignetur in celis. p. Mo. de aplis a. Gl'iosi principes terre quo in vita sua dilexerunt se ita et in morte non sunt sepati. Sed vbi nuc oct. de aplis cu reg. ch. dr a. Tradet ei vos. v. In oem ... ad me. de s. ma ... C ... rtia die de s. martino ... a mat. Lc. i.

Beatus martinus cu adhuc ad epatu turonice eccl'ie peteretur et erui a monasterio suo de facili no posset qda simulata vxoris sue infirmitate rogauit eu vt exies ea visitaret. Tunc raptus licet inuitus: olim consensu eps cosecratur. Sumpto aute epatu eade in corde eius humilitas: eade in vestitu ei9 vilitas erat q p9. Sicq epi dignitatem implebat vt virtutem monachi non desereret. Lectio ii.

Anno sexagesimo quarto post transitu bti martini btus perpetuus predicte sedis epus: corpus bti martini transferre disposuit. Conuocatisq vicinis abbatibus et clericis cum hoc in kaledis iulii agere vellet vigilata prius vna nocte per tota diem laborantes nichil proficiebat. Tuc quidem clericis ait. Scitis qr post triduu natalis epatus ei9 est: et forte in hac die nos transferre se admonet. Lectio iii.

Quarto aut die accedentes no valebat mouere sepulchru. Pauore autem oes exterriti vasculu terra cooperire cogitabant. Tuc appuit eis veneranda canicie senex dicens se abbatem et ait. Quid turbamini et tardatis? Nonne videtis btm martinu astate vobis iuuare pars

tum si man⁹ apponaris. Et iactans palliu3 posuit manū cum alijs ad sarcophagū. Q. d. ꝓtin⁹ cū summa leuitate commotū in locū quo nunc honoratur cū hymnis dño annuente perducitur. Post hec requisitus senex / nec exire vis⁹ est: nec vbi iuenitur. Tu.

Ꝟ. dicit. de aplis. ꝟ. In omnē terram. Lectio. iiij.

BEatissimorū aplorū petri ⁊ pauli triumphū hodierna die fidelissime celebrem⁹ vt per q̄s initiū diuie cognitiōis accepim⁹ p eos vsq₃ in finē seculi capiam⁹ regni celestis augmētū. Qui in cōspectu gñis hūani mirabiles apparuerunt: dū in eoꝝ agnitiōe iuitāt q̄ preualēdo deficiūt ꝓsecuti: ⁊ deficiēdo ꝓualēt itereꝑti. ℟. Ecce ego mitto. quere in cōi vnius apli. Lec. v.

NO̅ potest vllatenus explicari verbis quib⁹ modis hec interfectio ꝓciosa pensat. Moriunt petrus et paulus abiecti ⁊ orbis terrarū accipiunt principatū. Moriunt mūdane eruditionis ignari: et existūt celestis doctrīe gnari. Moriūtur captores piscium: et efficiuntur piscatores hoim. Moriunt soliti maria perscrutari mediocris art officio: ⁊ redduntur seculi examinatores et iudices. ℟. Tollite iugum. Lectio sexta.

MOriūtur terrene dignitatis extranei: ⁊ eoꝝ pōtificio celū aut reserat aut claudit. Moriūtur aliqn̄ nō morituri: et predones mortis efficiuntur eterne O admiranda cōmercia: q̄ nulla possunt estimatione taxari. Per petrum et paulū vnigēiti sacrū corpus de⁹ exornat: et in eis eccl'ie sue fūdamētū ꝯstituit. ℟. Dū steteri. Tres

vl. l. de expōe euā. S. luca.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Noli- Luce. 12. d.
te timere pusillus grex / q̄a cōplacuit pri vro dare vobis regnū. Et reliqua.

Ome. bti augu. epi. lc. vij.

PUsillum gregē electoꝝ vel ob cōparationē maioris numeri reproboꝝ vel potius ob humilitatis deuotionē dñs noiat. Quia videlicet ecclesiā suam q̄ talibet nūerositate iā dilatatam: tamen vsq₃ ad finem mūdi hūilitate vult crescē ⁊ ad ꝓmissū regnū

hūilitate puenire. Lc. viii.
Ideoqȝ ꝯtra labores blā
de consolatus quia tancū
regnū dei q̄rere p̄cepit et
eidem regnū a patre dan
dum complacita benigni
tate ꝓmittit dicens. Ven
dite que possideris: et da
te elemosynam. Lectio. ix.
Nolite inquit timere ne
ꝓpter regnū dei militan=
tibus huius vite necessa=
ria desint: quinetiā poti⁹
possessa propter elemosy=
nā vēdere hortat̄. Quod
tunc digne fit: qn̄ quis se=
mel ꝓ dn̄o suis oib⁹ spre=
tis nichilominus post hoc
labore manuū vnde et vi
ctū trāsigere et elemosy=
nā dare queat operat̄ Un
de gloriat̄ apostol⁹ dicēs
argentū et aurum aut ve
stē nullius cōcupiui ipsi
scitis qm̄ ea q̄ michi opus
erāt et his q̄ mecū submi
nistrauerūt man⁹ appo=
sui. Ista oīa ostēdi vobis
qm̄ sic laborātes oportet
suscipere infirmos. Cete
ra de cōi vnius cōfesso. et
ponti. Mēo. de ap̄lis an̄.
Beati eritis. Ubi tn̄ fiunt
scta. de apostolis cū regi=
mine chori / ɜ̄ an̄. Petr⁹
apo. et sic deinceps. ℣. In
nunciauerūt. Ōro. De⁹ q
hos. Hac die ersit vespere
de. s. martino cū mēo. tn̄
de sctā maria: et alia de a=
postolis cū hac ā. Tradēt
eni. ¶ Quarta die. Lec. i.
ET intrauit domū za=
charie. Felix zacha=
rie dom⁹: que tāta hospi=
ta letari promeruit. Felix
dom⁹: vbi est cōgregatio
sanctorū felicū. Felix nā=
qȝ elizabeth/ felicior iohā=
nes/ felicissima maria: sȝ
iesus felicitas eterna. Et
salutauit elizabeth. Festi
nat sancta senex in obuiā
puelle: sed leticie mater se
reno vultu puris mani=
bus et deuotis eam arri=
puit amplexib⁹ dulci vo=
ce iocūdoqȝ eloquio fauo
labiorum distillante/ mel
liflua eam salutatiōe pre=
uenit. Tu aūt. Lectio. ii.
Fons melle⁹ scaturiens
in vtero: riuos mellifluos
intus habuit: et exterius
melleam labiis virgineis
dulcedinem deriuauit Et
charitatis feruore fiebat
vt salutationē tante salu=
tis effectiuam non differ=
ret. Et factum est vt audi
uit salutationē marie eli=
zabeth: exultauit īfans in
vtero ei⁹. Tu. Lectio. iii.
O vox vere salutationis

vereqꝫ salutis. In hac vo
ce salutifera curat infan=
tulus a reatu peccati ori=
ginalis. Ante tēporis vsū
accepit sanctificatiōis do
num. Spiritusancto affla
tur: christum intuens in=
dicibili repletur gaudio.
In gestu exultatiōis mē=
bra infantilia roborātur.
Quid mirū si invtero ma
tris verbi multa fuit effi=
cacia. Uere propheta et
plusqꝫ propheta: qui i ma
tre prophetat. Uere tunc
lucerna ardens et lucens
quā sic preoccupauit flā=
ma celestis vt iam christi
sentiret aduentum / q̄ nec
sentire poterat vel seipsū.
Memo. de apostolis cum
hac añ. Petrus apostol⁹.
Hac die erunt vespere de
octa. apostolorum cū me=
moria de sancta maria si=
cut infra notatur. ¶ Si di
es dñicus infra octa. eue.
hoc modo fiat seruitium.
Ad. i. ves. añ. Scandit mō
tes. ps. Dixit dñs ps. Con
fitebor. ps. Beat⁹ vir qui
ti. ps. De profundis. psal.
Memento. Et cetera oīa
sicut in prima die / preter
℟. quod nō dicetur. Me=
moria de aplis: de dñica:
et de trinitate: et processio
ante crucē. In redeundo
de oib⁹ sctis añ. Saluator
mūdi. ℣. Letamini. Oro.
Infirmitatē. Ad matuti.
hy⁹. āe. ps. v. ℟. sicut in
prima die dicunt. Lect. i.
Postqꝫ sūmi regis nū
cius salutiferum illis
aue deferēs elizabeth co=
gnate mirificū cōceptum
regie virgini intimasset:
exhilarata est gaudio et
feruore charitatis accen=
sa. Exurgens abiit in mō=
tana cum festinatiōe. Ex=
urgens inquit a quiete vi
delicet sancte contempla=
tionis sui dilecti amplexi=
bus spiritualibus spōsuz
suum nichilominus in si=
nu ferens ipsoqꝫ suggerē=
te. Nec speciosa amica tri
nitatis / de suo thalamo co
lumba pudicitie ꝑperat
de cauerna non sine āge=
lice comitatu militie: vt pi
um officiū charitatis per
solueret / omnemqꝫ iustiti
am angelorū domina ad=
impleret. Tu aūt. Lect. ii.
Uirgo olim patribus ce
litus promissa: portās il=
lud preciosum depositum
portās onus leue / portās
a quo portabatur decubi
li iam innotescenda mun
do ꝑcessit: et post vmbrā

legis quasi noui tempor⁊ grata aurora consurgẽs soleq̃ȝ iustitie mentes illu strãs diem salutis aduenisse monstrauit. Lec. iii.

Et intrauit domum zacharie. Hec domus domini templũ dei / sacrarium spiritusscti / ⁊ ipsius diuinitatis non solũ spirituali / verũetiã corporali gloriosa habitatione repletum. Hec est arca noui testamẽti ipsum continens testatorem / que domũ zacharie intrauit. O q̃ȝ felix hec dom⁹. Multo naq̃ȝ felicior ad ei⁹ benedicenda introitum: q̃ȝ domus olim obededõ ad figuralis arce ingressum. Lectio. iiii.

Sancta et immaculata virginitas in maria salutauit helizabeth. Pulchrũ erat et dignum admiratiõe spectaculum tam eminentis atq̃ȝ amãtissime cognationis deuotũ intueri occursum. Salutationis obsequio preuenit seruam domina: seniorem puella. Plena celesti dulcedine cognatam dulciter amplexatur gaudiũ matris habẽs cũ virginitatis decore mři pie congratulatur sterili pro miraculose fecunditatis honore. Tu aũt. Lec. v.

Bñdictus fruct⁹ i q̃ bñdicende sunt oẽs gẽtes: q̃ est sup oẽs de⁹ bñdictus in secula aiaꝝ esurientiũ ⁊ sitiẽtiũ iustitiã ipoꝝq̃ȝ angeloꝝ esca ⁊ pot⁹. Ex cui⁹ bñdictionis dulcedine tu accepisti a ceteris mulieribus lõge differenti⁹ Ideo benedicta in mulieribus: quia ipse te preuenit i bñdictionib⁹ suauissime dulcedinis. Singularẽ i mulieribus cõsecuta es bñdictionẽ vt sola sis virgo fecũda: mater nõ cuiuscũq̃ȝ sȝ dei. Nec eue maledictioni subiacẽs aut legi grauida sine grauamie / ⁊ pariens sine dolore. Lec. vi.

Et factũ ẽ vt audiuit salutationem marie elizabeth: exultauit ĩfans i vtero ei⁹. Jocũda vox / eloquium dulce: q̃d exultare fecit in gaudio / quẽ mřna viscera claudũt. Mať salutat matrẽ: sanctificat infans ĩfantẽ: chřs baptistã iohannẽ in spũ sctõ baptizabat. Johãnes vo p̃cursoris officiũ quod voce nõ poterat / exultatiõis gaudiis exhibebat. Tu autez dñe. Secundũ Lucam.

Luce. i.d. In illo tpe. Exurgens maria abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iude: et intrauit i domū zacharie/et salutauit elizabeth. Et reliqua. Omi. b. ambrosii epi. L. vii. Morale est oīb⁹/vt q̄ fidē exigūt fidē astruāt. Et iō āgel⁹ cū abscōdita nūciaret: vt fides astrueret exēplo senioris femine sterilisq̄ conceptū virgini marie nunciauit: vt possibile deo oē qđ et placuit assereret. vbi audiuit hoc maria/nō quasi icredula de oraculo: nec q̄si incerta de nūcio: nec q̄si dubitans de exēplo: sed quasi leta ꝓvoto/religiosa ꝓ officio/festina pre gaudio in montana perrexit. Lectio. viii. Quo em̄ iā deo plena/nisi ad supiora cum festinatione cōscēderet: q2 nescit tarda molimina spūs sācti gr̄a. Discite et vos mulieres sedulitatē quā pregnātib⁹ debeatis exhibere cognatis. Maria q̄ āte sola i intimis penetralib⁹ versabatur/ nō a publico virginitatis pudor: nō a studio aspitas mōtiū: nō ab officio prolixitas itineris retardauit. In mōtana cū festinatione vgo officiū mēor: iiurie imemor affectu vigēte nō sexu/relicta domo pexit. Lec. ix. Discite virgines non circumcursitare p alienas edes: nō demorari in plateis: nō aliq̄s in publico miscere sermones. Maria i domo sera: festina in publico: mansit apud cognatā suā trib⁹ mēsib⁹. Etenī que ꝓpt̄ officiū venerat/inherebat officio. Mansit trib⁹ mēsib⁹/nō q2 domus delectaret aliena: s3 quia freq̄nti⁹ videri in publico sibi displicebat. Tu autē. In lau. hec sola an. Scandit. Cap. ꝶ. sicut in. i. die. Ad .ii. et ad alias hor. ola fiant sicut infra octauas Quita die de oc. aplor̄ū petri et pauli. Ad ves. an. Estote fortes. Hi fer. Cap. Hi sūt viri mīe. et alia cp. reqre in festo scōr̄ū iohānis et pauli. ℟. Qui sunt isti. hy⁹. Aut ea. ℣. In oē3 ana. O gl'iosi apl'i colūne eccl'ie/ veritatis p̄cones/ lampades ardentes: vos igne spūsscti fugatis errorum tenebris mundū illuminastis: intercedite pro nobis ad deū qui vos elegit. Magnificat. Oro.

seruet ordo dierū in. ℣. et
Rx. ad matu. cātādis: ꝛ in
lec. legēdis / nec in. ān. sup
p. Magt. ꝛ Bn̄⁹. cātādis
sed supradictus ordo. ℣.
lec. Rx. ꝛ ān. seruetur i se=
quen. ferijs infra oct. Ita
tamē q̄ in die lune semp
dicātur ℣. ꝛ Rx. de. i. noc.

¶ In exaltatione sancte
crucis. ad vesp. ān. Dulce
lignū dulces clauos dul=
ce pondus sustinuit que
meruit portare precium
huius seculi. Psalmi fe=
riales. Capitulum.

Gal. 6.c. Michi autem absit gloriari nisi i cruce domini nri iesu xpi: per quē michi mūd⁹ crucifix⁹ est et ego mundo. R. O crux viride lignū: qr sup te pependit redēptor rex isrl: o q̄ dulce lignum/ q̄ dulces clauos/ q̄ dulcia ferēs pōdera. O q̄ speciosum lignū/ q̄ speciosa gēma q̄ xpm meruit sustinere. V. Custodi dn̄e gregē tuū quē redemisti xpe p lignū scte crucis. O q̄. Gl'ia. O q̄. Hy⁹.

Impleta sunt que concinit/ dauid fideli carmine: dicēdo nationibus/ regnauit a ligno deus.

Arbor decora z fulgida/ ornata reg' purpura: electa digno stipite/ tam sancta membra tangere.

Beata cuius brachiis/ preciū pepēdit seculi: statera facta est corporis/ p̄damq3 tulit tartaris.

O crux aue spes vnica/ hoc exaltationis tpe: auge piis iustitiā/ reisq3 dona veniam.

Te summa de⁹ trinitas/ collaudet ois spūs: q̄s p crucis mysteriū/ saluas rege p scl'a amē. V. Hoc signū crucis. vt. Sr R. sine all'a. A. O crux benedicta que sola fuisti digna portare regem celorū z dn̄m. Ps Magnificat. Oratio.

Deus qui vnigeniti filij tui dn̄i nostri iesu xpi p̄cioso sanguine hūanū gen⁹ redimere dignatus es: concede q̄pici⁹: vt qui ad adorandam viuificā crucē adueniūt: a peccatorū suorū nexibus liberent. Per eūd do. Meo. fiat de mart. cornelio et cypriano solenniter. Oratio.

Presta q̄s ops deus: vt sicut ppl's xpian⁹ ad sanctorū sacerdotum tuorū cornelij z cypriani/ tēporalē solēnitatem occurrit: ita pfruat eterna/ z qd vot' celebrat/ pio cōprehendat effectu. Per.

¶ Nota q̄ quacunq3 fer. festū exaltationis sancte crucis ptige. fiat pc. ante crucem. ad. i. v. s. cantādo āa. O crux gl'iosa/ o crux adoranda/ o lignū p̄ciosū z admirabile signum per qd z diabolus est victus/ z mūd⁹ xpi sanguie redēptus. que finiat semp cū all'a. V. Dicite in natiōib⁹. z dr R. sine All'a. Oratio

Deus qui p nobis filiū tuū crucis patibulum subire voluisti: vt

inimici a nobis expelleres potestatē. ꝯcede nobis famulis tuis: vt in resurrectionis eiꝰ gaudijs sēp viuamꝰ. p.c. In recessu do de s.maria.an. Sctā dei genitrix. ℣. Elegit. Oro. Supplicationē. Si hoc fest. in do.ꝯti.tūc fiat hic.i.mēo. de do. ꝛ de trini.sub silentio / dū dī.i. Bñdicamus. Deide mēo.solē.de mart. et postea fiat ꝓces.añ crucē vīs. Et mis.do.in cꝑ.dī. Eodē mō fiat tū de mēo. do.ꝙ de mart.qñ in.in fer. idē fes.ꝯtingit. Vespere et matu.de.s.maria dñr extra choꝛū: sicut in p̄dictis fer. infra oc.sine aliq me. Cōpl.sikr extra choꝛ.dī sicut extra octa.cū hac ān. Bīā mat. sup p̄. Ad mat. ℣o de.s.maria extra choꝛū dicēdas. Inuitat.hyꝰ. ℟e et ṗi.sicut i fer.ifra oc. cū le.sicut i fer.extra oct. videlz le. Sctā maria virgo.cū aliis lec.seqn.cū ℣. et ℟. sm oꝛdinē noc.sicut infra oct.cū hyñ.et psal. sicut extra oc.ān.℣o sup Bñꝰ.sicut extra oct.tū ad i.de.s.maria dī ān. Natiuitas. Ṗi. Deꝰ i no. Laud. dñm oēs gē. Confitemini. Cꝑ. In oībꝰ. ℟. Aue maria. ℣. Sctā dei gen. Oro. Supplicationē. Ad.iii.et ad alias ho.oia fiāt sicut extra oc.cū ā.cꝑ.et oro.de mari. Ad ꝯpl᷑ de die oia fiant sicut in fest.trini. Ad matu. Inuita. Regē dñm qui per crucis mysteriū redemit mūdum. Uenite adoꝛemꝰ. ṗ. Uenite. Hyꝰ.

Pange lingua glorioſi prelijs certaminis et super crucis tropheū dic triumphū nobilem qualiter redēptoꝛ oꝛbis immolatus vicerit.

De parentis protoplasti fraude facta cōdolens qñ pomi noxialis moꝛte moꝛsu coꝛruit: ipse lignū tūc notauit damna ligni vt solueret.

Hoc opus nostre salutis oꝛdo depoposcerat multiformis proditoꝛis ars vt artē falleret ꝛ medelā ferret inde hostis vñ leserat.

Qñ venit ergo sacri plenitudo tꝑis missus est ab arce pr̄is natꝰ oꝛbis conditoꝛ atq; ventre virginali caro factus prodijt.

Gloꝛia et honoꝛ deo vsq; altissimo vna pr̄i filioq; inclyto paraclito: cui laus est ꝛ ptās ꝑ eterna secula Amē. In i.noc. ā. Adoꝛa-

mus te xp̄e et bn̄dicimus tibi: q2 p crucē tuā redemisti mūdū. Ps. Dn̄e dn̄s nr̄. An. Per signū crucis de inimicis nostris libera nos de9 nr̄. Ps. Dn̄e in vir. An. Nos aūt gl'iari oportet in crucē dn̄i nostri iesu xp̄i. Ps. Dn̄i ē ter. V9. Hoc signū crucis erit in celo. R. Cū dominus. Lctō. i.

Tempore illo postq̄ cōstantino augusto cōtra marētiū tyrānū ꝓperāti ad bellū signū sancte crucis celitus fuisset ostensum/et ipso feliciter obtinente triūphū ab helena matre dicti cōstantini scrā crux fuisset inuēta regina compos voti effecta: ita salutare lignū fecit secari per mediū/vt et crucē cōstātinopolim deferret ad filium ⁊ crucem hierosolymis thecis argēteis conderet ⁊ seruaret in loco (sapiēti vsa cōsilio) scz vt vbi fuerat mēbris dominicē aptata supplicio: ibidē gl'ificata veneraret a poplo. R. Dulce lignum dulces clauos/ dulce pondus sustinuit. Que digna fuit portare pciū hui9 secl'i. V9. Hoc signum crucis erit in celo: cum dominus ad iudicādū venerit. Que. Lctō. ij.

Multorū itaq3 tēporū labēte curriculo cū exigente mole peccaminū flagellari permitteret dominus populū suum christianū per seuitiā paganorū cosdroe quidā prophan9 et impi9 regnū est adept9 psarū. Qui cū ad sepulchrū dn̄i voluisset accedere territ9 fugit: sed ligni tamē salutaris partē asportauit. R. Hoc signū crucis erit in celo: cū dn̄s ad iudicandum venerit. Tūc manifesta erūt abscondita cordis nostri. V. Cum sederit filius hominis i sede maiestatis sue/ et ceperit iudicare seculū per ignem. Tūc. Lctō. iij.

Fecerat eni sibi turrim argēteā: in qua interlucētib9 gēmis thronū extruxerat aureū: qui filio suo tradito regno in phano huiusmodi residebat/et crucē dn̄icā quasi collegā posuerat: et se ab incolis vt deum coli iubebat. R. Adoram9 te xp̄e/ ⁊ bn̄dicim9 tibi. Q2 p cru cē tuā redemisti mundū. V. Tuā crucē adoramus dn̄e: tuā gloriosam reco-

limus passionē. Ꝟ.i. Bl'ia.
Ꝟ.i. In .ii. noct. añ. Salua
nos xp̄e saluator p virtu=
tē sancte crucis q̄ saluasti
petrum in mari miserere
nobis. ps. Exaltabo. añ.
Saluator mundi salua
nos q̄ p crucē ⁊ sanguinē
redemisti nos auxiliare
nobis te dep̄camur deꝰ nr̄.
ps. Oēs gē. añ. Adoremꝰ
crucis signaculū p qd̄ sa=
lutis sumpsimꝰ sacramē=
tū. ps. Iubil'. l. Medie lec.
fiāt de sīr. cū hoc ꝟ. Exul=
tēt iusti in ꝯspectu. lc. iiii.

TEnuit decius cesar
brissimū papam cor=
neliū cum vniuerso clero
suo: quē p̄cepit per centū
cellas in exiliū deportari.
Quo facto multi christia=
ni ad eum veniebāt/ vna
cum beato cypriano ep̄o.
Decius hoc audito iussit
eum capite puniri si sacri
ficare contenneret. Rn̄.
Sancti tui dn̄e. Lectio. v.

Cumqꝫ duceret ad tēpluū
martis cerialis miles ro=
gauit eū ꝓ vxore sua que
quinqꝫ annis iacuit para
lytica. Ad quā vir dei in=
gressus fusa oratiōe eam
sanauit. Quo viso: ceteri
milites credentes bapti=
zati sunt. Decius hoc au=
diens: iussit omnes capi=
te puniri si sacrificare cō=
tennerēt. Et decollati sunt
vna cū beato cornelio pro=
miscui sexus viginti et vnꝰ
cum ipso et vxore sua: sub
die octauo kalendarum
octobris. Rn̄. Uerbera
carnificum. Lectio sexta.

Cyprianus bis exulās
ab exilio reuocatus capi=
te plecti iubet'. Ductusqꝫ
ad locum: lacernam ⁊ bir
rū q̄bus idutus erat exu=
ens posuit ad genua sua.
Tunicā suam diaconibꝰ
tradidit: ⁊ spiculatori vi=
ginti aureos dari p̄cepit.
Manuqꝫ ꝓpria ocl'os su=
os texit: et sic gladio per=
cussꝰ martyriū cōsumma
uit. Rn̄. O venerāda mar=
tyriū. In .iii. noct. añ. Tuā
crucē adoramus dn̄e tuā
gl'iosam recolimꝰ passio=
nē miserere nr̄i q̄ passus
es ꝓ nobis. ps. Notus in
iud. añ. Crux alma fulget
per quā salus reddita est
mundo: crux vincit/ crux
regnat: crux repellit om̄e
crimē all'a. ps. Cātate. l. añ.
Crux fidelis inter oēs ar=
bor vna nobilis: nulla sil=
ua talē profert fronde flo
re germine dulce lignum
dulces clauos: dulce pon

dus sustinēs. Ps. Dn̄s regnauit ex. V. Adoramus te. Tres vltime lc. de exaltatione sancte crucis. histo. sine expositione euāge. legant. Lectio. vij.

TEmpore illo eracli⁹ fide catholicus / arcem tenebat imperij. Pergēs itaqꝫ fili⁹ cosdroe contra eracliū iuxta danubium cū suo cōsedit exercitu. Tādē inspirāte clemētia saluatoris vtrisqꝫ principibus placuit: vt ipsi singuli in medio pōte fluminis dimicaturi confligerent / ꝛ cui sors victoriam contulisset: ipse sine dāno vtriusqꝫ exercit⁹ imperiū vsurparet. R. Tuā crucē adoram⁹ dn̄e: tuā gl'iosaꝫ recolim⁹ passionē. Miserere nostri q̄ passus es ꝓ nobis. V. Adoramus te chr̄e et benedicimus tibi: quia ꝑ crucē tuā redemisti mūdū. Misere. Lc. viij.

CUmqꝫ p̄dicta pactio vtriqꝫ parti placuisset: i pōtis medio sunt congressi. Tandem fideli suo eraclio christ⁹ concessit de hoste triūphū. Tunc ipse cum suo exercitu / regna q̄ cosdroe tenuerat circūquaqꝫ perlustrās ad sedē ipsius peruenit: eumqꝫ sedentē in throno repperit. Quē cū credere i chr̄ꝫ noluisset eraclius interfecit filiūqꝫ eius paruulum baptizari fecit: et lignū crucis qd̄ ipi⁹ abstulerat assumens hierosolymā proferauit. R. O crux gloriosa: o crux adoranda: o lignū ꝑciosū et admirabile signū. Per qd̄ et diabolus est vict⁹ et mūd⁹ chr̄i sanguie redēpt⁹. V. Mihi autē absit gl'iari nisi i cruce dn̄i nr̄i iesu chr̄i. Per. Lc. ix.

CUmqꝫ ꝑ portā quaꝫ domin⁹ itrauit quando ad passionē vēit ornamentis iperialib⁹ decorat⁹ / eq̄ sedēs voluisset itrare: repente lapides porte descēdētes clauserūt se inuicē ꝛ fact⁹ est paries vn⁹. Cūqꝫ in altū mirantes respicerēt / viderūt signum crucis in celo flāmeo fulgētē. Tūc impator depositis iperialibus insignijs crucē dn̄i i manu suscipiens ꝓperat ad portā vsqꝫ ꝓgrediens. Mox illo humilit' appropiquāte duricia lapidū celeste ꝑsensit imperiū: statiqꝫ porta se subrigēs liberum intrantib⁹ patefecit ingressum. R. Per tuam crucem sal

tia nos chr̄e redēptor: qui mortē nr̄am moriēdo destruxisti. Et vitā resurgēdo reparasti. ℣. Miserere nobis iesu benigne: q̄ passus es clementer pro nobis. Et. Gl'ia. Et. ℣. Dicite in nationibus. ℟. Quia dominus regnauit a ligno. sine alleluia. In laud. an. O magnū pietatis opus / mors mortua tūc est / q̄n in ligno mortua vita fuit. ps. Dn̄s re. an. Ecce crucē dn̄i fugite partes aduerse: vicit leo de tribu iuda radix dauid all'a. ps. Jubilate. an. O crux admirabilis: euacuatio vulneris: restitutio sanitatis. ps. Deus deus. an. Sup oia ligna cedrorum tu sola excelsior: in q̄ vita mūdi pepēdit: in q̄ chr̄s triūphauit: et mors mortē supauit ieternū. ps. Bn̄d. an. Crux bn̄dicta nitet dn̄s qua carne pependit: atq; cruore suo vulnera nostra lauit. ps. Laud. cap. Michi autē. Hymnus.

Crux fidelis inter oēs arbor vna nobilis / nulla sylua talem profert frōde flore germine: dulce lignum / dulces clauos dulce pondus sustinens. Sola digna tu fuisti ferre p̄ciū seculi / atq; portū preparare nauta mundo naufrago: quē sacer cruor pfūdit / fusus agni corpe. Gl'ia z honor. ℣. Dīs terra ado. an. O crux bn̄dicta q̄ in te pepēdit saluator mūdi: et in te triūphauit rex āgelorum. et oī sine all'a. ps. Bn̄d. Oro. Deus q̄ vnigeniti. Mēo. solen. fiat. de mar. cū orone vt̄ ad ves. Deinde de sctā maria fiat etiā solennis mēo. cum vna an̄. de noc. histo. nat. q̄ erit alia ab an̄. prius dicta ad ves. de sctā maria: ac etiā ab an̄. posterius dicēda ad mat. de sctā ma. scd̄m ordinē noct. Sed si do. sit / dī an̄. sicut in die nat. ei. sup psal. Bn̄d. sicut in do. p̄notat: de do. fiat sub silen. mēo. z de trini. cū in do. hoc fes. ptige. an̄ mēo. de marty. Et cantet tunc mis. do. in ca. p. vt oportet. Ad. i. an. O magnū. ps. Deus in no. an. Gras. ps. Quicūq;. ℟. Jesu chr̄e. cū all'a. Ad. iii. an. Ecce crucē. ps. Legē ponē. cap. Michi autem. ℟. Hoc signū crucis erit in celo. cum all'a. ℣. Cum dn̄s ad iudicādum venerit. ℣. Dicite in nationib9. Or. Deus q̄ vnigeniti.

Ad.vi.ān. O crux. ps. De
fecit in salu. Capitulum.
i.cor. i.c. Verbū enim crucis per-
euntib⁹ stultitia est:
his autem qui salui fiūt/
id est nobis: virt⁹ dei est.
℟. Dicite in nationibus.
Allā allā. ℣. Quia dn̄s re
gnauit a ligno Allā allā.
℣. Adoramus te chr̄e. or.
Deus qui vnigeniti. Ad
nonam ān. Crux bn̄dicta
ps. Mirabilia. Capitulū.
i.cor. i.d. Nos autē predicam⁹
chr̄m crucifixū: iude
is quidē scandalū: genti-
bus aūt stultitiā: ipsis au
tē vocatis iudeis atq; gre
cis chr̄m dei virtutem at
q; sapiētiā. ℟. Adoram⁹
te chr̄e et bn̄dicimus tibi.
Allā allā. ℣. [illegible] crucē.
℣. Ois terra. or. De⁹ qui
vni. Ad ii. ves. ān. O ma-
gnū. ps. fer. cp. Mihi aūt.
9. ℟. ℟. Per tuā crucem. hy⁹.
Crux fidelis. ℣. Ois terra
adoret te de⁹. ān. O crux
splendidior cūctis astris
mūdo celebris hominib⁹
multū amabilis sanctior
vniuersis: que sola fuisti
digna portare talētū mū
di: dulce lignū dulces cla-
uos/ dulcia ferēs ponde-
ra: salua presentem cater
uā in tuis hodie laudib⁹
congregatā. Sine allā. ps.
Magt. or. ptā. Meo. de s.
maria solen. fiat cum hac
ān. Natiuitas tua. ℣. Sā-
cta dei genitrix. or. Sup-
plicationem. Deinde fiat
solen. memo. de sancto ni-
chomede mar. cū hac ān.
Hic est vere martyr. ℣.
Gloria et honore. Oratio.
Adesto dn̄e pplō tuo
vt beati nichomedis
martyris tui merita pre-
clara suscipiēs: ad impe-
trandā miam tuam sem-
per ei⁹ patrocinijs adiu-
uemur. p. Ān si do. fuerit
fiat mēo. de scō nichome-
de sub silentio: cum mēo.
do. Ad cōpl. oīa fiat sicut
in festo scē trini. Uespere
de scā maria extra chorū
dicatur hoc modo. Super
psal. hec sola ān. Dei geni
trix. ps. Dixit do. et ceti ps
de sancta maria. Cp. Ego
quasi vi. ℟. Ad nutū. hy⁹. 6. ℟.
Aue maris stel. ℣. Sācta
dei ge. ān. Natiuitas. ps.
Mgt. or. Supplicationē.
Cōple. sitr extra chorū di-
cat sicut extra oct. cū hac
ān. sup ps. Btā mr. ¶ In
octa. nati. btē marie. Ad
matu. Inuitato. trip. hy⁹.
ān. ps. ℣. ⁊ tota reliqua hi-
sto. cantatur sicut in do-

infra octa. pnotat. Lectiones tn hoc modo dnr. Lec. i.

Notandum aut q ipsi progenitores xpi qui in genealogia eius ponuntur et annumerati sunt: no sine grandi mysterio ab euangelista assumunt maxime cu aplus dicat. Oia in figura contingebant illis. Lec. ii.

Et sicut huanam natiuitatem chri pcesserant tpe: ita q testimoniu illi dabat ex pfiguratioe. Na nullus eorum est q no noie aut actu incarnatione significet chri et ipsum esse demostret q in patriarchis pfiguratus et in pphetis pmissus: atq in aplis pdicatus est. Lec. iii.

Igit abraham interptat pr multaru gentiu: vel pr vides pplm. Que significat hoc noie nisi illum de q sibi ita pmissum est? In semine inqt tuo bndicent oes cognationes terre Et esaias ait. Si posuerit qs p pcto aiam sua: videbit seme logeuu/ et volunta s domini in manu eius dirigetur. Tu aut. Lec. iiii.

Idem etia ait. Tu iquit dne pr redeptor nr a sclo nome tuu: abraham nesciuit nos: et isrl ignorauit nos. Quo aute abraham actu significauerit chrm/ testat illud qd dni precepto exiuit de terra sua/ et de cognatione sua: vt apd exteros locupletaretur: et esset in gete magna. Lec. v.

Hoc eni nuc cernimus veraciter ipletu: cu chrs relicta terra et cognatione iudeoruz prepollet: vt videmus in pplis gentiu. Isaac quoq q interptat risus vel gaudiu: significat illu de quo dixit ad pastores angelus. Annucio vobis gaudiuz magnum quod erit omni populo. Lec. vi.

Quo vero actibus suis isaac significet chrm logu est per totu enarrare: cu pene oes actus eius quos scriptura narrat couenniant mysterio ad chrm/ vt illud est, qd mactadus ipe ad ara portauerat ligna: sicut chrus passionis sue tepore cruce pprio gestauit in corpore. Tres vlti. lec. de expoe euagel. scdm luca vts in do. infra octa. legant ℣. Ora pro nobis. Ad lau. oes ae dnr. Post matu. fiat memo. de sancto nichomede/ et de do. si occ. in do. contigerint. Ad prima et ad alias horas oia fiant sicut infra octa.

Ad scdas vespas oia fiãt sicut in prima die: pͥter ℞. quod non dicetur: cũ hymno. Aue maris stel. Memo. de sancta editha virgine non martyr. Oro.

Deus qui fidelib⁹ tuis castitatis exẽpluz prebuisti: dũ de virgine filiũ tuuz dñm nostrũ nasci voluisti: scte edithe virginis tue pcibus nobis mẽtis et corporis tribue puritatẽ: p quã a te nobis ꝓmissã pcipiam⁹ felicitatẽ Per eũdem. Deinde fiat mẽo. de mart. euphemia cum sociis suis. Oratio.

Presta qs dñe pcibus nrĩs cuz exultatione ꝓuentũ: vt quorũ diẽ passionis annua deuotiõe recolim⁹: etiã fidei constantiã subseqmur. Per dñm.

¶ Sãcte edithe virginis ix. lec. ad matu. Lectio. i.

Interueniẽte sctõ vviltonie pontifice ethelvvaldo sũmo intercedente que fortis est vt mors chri dilectiõe regina vvilfridis venerabilis sancte edithe genitrix demũdiali regno / et thalamo virginali sancte dei genitricis vviltonie successit monasterio. Pro auro texta purpura induitur nigra tunica: et pro regali diademate fusco velatur flãmeolo. Tu. Lectio scda.

Que intantum profecit post habitum religionis vt magistra efficeret castitatis / ꝛ virgineo contubernio eiusdem monasterii mater preficeret. Nuc igitur transfertur eius filia editha de sancta radice: vt virgula thuris ꝛ oliua speciosa propagata. Nuc itaq chrĩanissimus rex edgarus pater sancte edithe aduenit cum principuz patrumq caterua populiq affluentia velut ad christi curiam / et diuina sponsalia. Triumphat ciuitas in aduentu regio: patrẽ patrie et pacis pͥcipem amplectendo. Tu autem dñe. Lectio tertia.

Hic etiam edgarus tanq̃ pignus daturus ad nuptias vel suas oblaturus primitias: accessit coram domio dat manus superno arbitrio: fit melchisedech deuotione cũ regno consulit faciem domini tali officio. Protenditur pauimento insigne pallium ad gradus autẽtici altaris summe dei genitricis

quasi ad thronū et pedes diuine maiestatis. Diuersa infundit opulētia tem poralis et eťna. Tres medie lec. fiant de marty. de cōi histo. pl'iorū martyrū cum v℣. et ℟. de iii. noct. nisi qn̄ hoc festum in. ii. feria tm̄ cōtigerit: tūc eum dñr ℣. et ℟. de p̄mo noct. pl'iorz mar. Tres vltie l'c. de p̄betate scē edithe legunt sine expōe euā. Lec. vii.

Rex coronulas aureas/armillas/anulos monilia/variarūq; rerū radiantia ornamēta virgini p̄posuit. Mater vero nigrū scrimoniale velum psalteriū et calicē cū patena dñice passionis ide sub iūgit. Orant oēs in com muni/vt prescī⁹ oīm deus ostēdere digneť: quam vitā indocilis etas electione libera sortieť. Lec. viii.

Uirgo sacra de medio splendētiū colorz solū velū et sctītatis pignora suscipiēs cetera seculi virginib⁹ intacta reliq̄t. Tunc rex cum sorore de cōiuge facta in cōuentu angelorum et hoim paruulo xp̄o paruu'ā suā desponsauit: vnde se dñicos soceros factos eē ɔgaudebāt. Lc. ix.

Collecta itaq; in ecclesie gremiū in virginale collegium a deo tota vita eius erat charitas benignitas ac hylaritas redolens in omnes: vt nichil aliud q̄ paradisus delectabilis / q̄ odor agri pleni/cui benedixit dñs esse merito videretur. Post matu. nat mēo. de marty. Oro vi. Hac die erunt ves. de sancta editha: et mēo. de scō lāberto ep̄o et mart. Cetera de cōi vni⁹ vgīs nō mart.

¶ Si aliqd festū. ix. lec. in aliqua feria quatuor temporū cōtigerit: totū seruitiū fiat de festo. Sed post missam de festo/ fiat mis. de ieiunio: vtraq; ad p̄cipale altare. Si vero aliquod festū. iii. lecť. in aliqua fe. predictorū quatuor tpm septēbris acciderit: fiat mať. de fes. cū noc. et missa de ieiu. cuz mēo. de festo ad missam ð ieiu. nisi hist. Peto dñe. p̄ ebď. cātāda sit tūc enī nō dicatur de. f. iii. lec. sed de fer. matu. fiant/ vt percanteť histo. et fes. iii. l'c. oīno pretermittať ad seruī. de die et cetera. ¶ Sancti lamberti epī et marty. Capim. Omnis pontifex. Oratio.

Sancti lamberti martyris tui atq pontificis domine q̄s nos tibi cōmēdet oratio: et sicut hūc diem eius gloriosa decorat passio: ita nos ipsius semꝑ muniamur suffragio. Per. Ad mat. Inuit. hymn9. tres lect. Lectio. j.

Gloriosus vir dei lambert9 sumpto epatu in timore domini perfect9 erat: et quotidie in oībus operibus bonis augebat. Cū igit ꝓ custodia greg; sui multa supplicia tolerasset: insurrexerūt cōtra eū duo pessimi viri / q̄ secular potentia tumētes: res sue ecclesie iniuste inuaserunt. Lectio scđa.

Quoꝝ eorū insolētiā nullus sedare posset: amici pōtificis ira repleti ignorante viro dei / eosdē crudeliter interfecerūt. Erat autem eis quidā consanguineus noīe dodo: opib9 plenus / ac superbia tumidus: qui necē predictorū in ipso sancto dei vlcisci animū apposuit. Lectio. iii.

Hic igitur collecta multitudine armatoꝝ: dū vir sanctus in quadā dyocesis sue sede moraretur / et matutinale officiū noctu cū fr̄ib9 ꝑsoluisset: affuit armatus / q̄ clausas fores cōfrigēs suꝑ sctm̄ viꝝ vbi orabat irruit. Sctūs igit lambert9 letali mox ictu iaculat9 / btīs meritis ditatum celo reddidit spm̄.

Cetera oīa de cōi vni9 mar. et pōti. Qn̄ vo dies do. in crastī. s. lāberti cōtige. tūc in ipsa do. erunt ves. de. s. ma. cū pleno sui. in crast.

¶ Scti mathei aplí ꝛ euāgeliste du p̄. fes. Ad p̄mas ves. a. Placētes deo facti dilecti: qm̄ gr̄a et mia est in sctōs ei9: et respectus ī electos illi9. p̄i fer. Caplm.

Similitudo vult9 q̄tuor animaliū: facies hoīs: ꝛ facies leonis a dextris ipsorū quatuor: facies autem bouis a sinistr; ipsorum quatuor: et facies aquile desuper ipsorū quatuor. Rꝫ Quatuor animalia ibant. Hymn9.

Matthee scte bino pollens munere / sedulis chr̄m īterpella questibus: vt nos in mundi gubernet turbinib9 / ne post etern9 sorbeat interitus. Annue chr̄e. V9. In oēm terrā. an. Ecce ego iohēs vidi ostiū aptū in celo: et ecce sedes posita erat in

eo/et in medio sedis et in circuitu ei⁹ quatuor aialia plena oculis ante ⁊ retro: et dabāt gloriā et honorem et benedictionem sedenti super thronum viuenti in secula seculorum. ps. Magnificat. Oratio.

DA nobis q̄s oṗs de⁹: vt beati mathei apostoli tui ⁊ euāgeliste quā ꝑuenim⁹ btā solēnitas: et deuotionez nobis augeat et salutē. p. Mēo. fiat de scto laudo xp̄o ⁊ cfes. Or.

PResta q̄s oṗs deus: vt q̄ btī laudi confessoris tui atq; pōtificis solēnia agimus: eius intercessione eternam btitudinē cōseq̄mur. p. Ad cple. oīa fiāt sicut in fes. sancte tri. Ad mat. Inuit. Regē euāgelistar dn̄m. Uenite adorem⁹. ps. Uenite. hy⁹. Matthee scte. In i. noc. a.

Luce. 9.a. Conuocatis iesus duodecim aplīs misit illos predicare regnum dei: egressi autē euangelizabant ⁊ curabant vbiq;. ps. Celi

Luce. 10.a. eñ. a. Mittēs dn̄s et alios ad predicandū dicebat illis: messis q̄dē mlta: operarij aūt pauci. ps. Bn̄dicam. a. Jesu chrī dn̄i gr̄a credētib⁹ pplīs doctores ⁊ euāgeliste sunt ī mysterium fidei missi. ps. Eructauit. v. In oēm. Lect. i.

ERant duo magi zaroes et arphaxat in ethyopia: q̄ se deos esse dicebant: ⁊ credebat eis rex eglipp⁹ cū oī populo suo/ ita vt ex longinq̄s regionib⁹ ethiopie venirent: et adorarēt eos. Faciebant enī gress⁹ subito hoīm figi ⁊ imobiles stare q̄diu voluissēt. Uis⁹ hoīm ⁊ auditus a suo officio refrenabāt. Impabāt serpentib⁹: vt pcuterēt ⁊ ipsi scātādo curabāt. R. In visiōe dei

Eze. i.a. vidi: et ecce vēt⁹ turbinis vēiebat ab aq̄lone: nubesq; magna ⁊ ignis iuoluēs splēdorq; in circuitu ei⁹. Et ex medio eorum similitudo quatuor aīalium/ ⁊ aspectus hominis erat i eis. v⁹. De medio autem ei⁹ quasi species electri: hoc est de medio ignis Et ex medio eorū. Lectio ii.

Eze. i.c. CUrā ergo de⁹ hoīm gerēs cōtra hos magos misit dn̄s beatū mattheū aplm: q̄ eorū ꝑstigia cepit detegere Dēs em̄ q̄s illi figebāt: hic in noīe iesu christi soluebat. Quos illi ledebāt iste curabat/ in

firmos sanabat: demonesque fugabat. Et non solum
eos curabat quos illi le-
debãt: sed et oẽs q ad eũ fe
rebant ab infirmitatib' di-
uersis / atq; a demonibus
obsessos Suscepit aũt illũ
in domũ suã eunuch' ille
a philippo diacono bapti
zatus. R. Quatuor faci-
Eze. es vni erãt: et quatuor pẽ-
i.b. ne vni: pedes eorũ pedes
recti: planta pedis eoruz
vt vituli. Et scintille qua-
si aspectus eris candẽtis
V. Sub pẽnis eorum ma-
nus hominis in quatuor
partibus. Et. Lect. iii.

IN diebus illis mortu'
est filius eglippi: quẽ
cũ magi suscitare nõ pos-
sent / vocat' est apl's. In-
gressusq; ad defunctũ ex
pãdit man' suas ad celũ
inuocato chri noie / apphẽ-
dẽsq; manũ defũcti eũ su-
scitauit. Q.d vides rex cre
dẽs i dñm baptizat' ẽ cũ
vxore sua et filia ephige-
nia: q virginitatẽ suã deo
Eze. dedicauit. R. iii. Similitudo
i.c. vult' aĩaliũ facies hois: et
facies leonis a dextris ip
sorũ quatuor: facies vero
vituli a sinistris ipsorum
quatuor facies aũt aqui-
le desuper ipsorũ qtuor. Et

facies et pẽne extẽte desu-
per erãt. V. Due pẽne sin-
gulorũ iũgebant: et due te-
gebãt eorũ corpa. Et. Gl'a.
Et. In.ii.noc.ã. Sapiẽtiã
diuini euãgelij eruperũt
abissi: et annũciantes fe-
cũdati rore celesti mũdo
intonãt. P. Dẽs gẽ. An. La
bia eorũ salutarẽ dissemi
nauerũt sciẽtiã: opus san
ctum dignũ benedictione
plenũ fecerũt ministeriuz
sibi traditũ deuote imple-
uerũt. Ps. Exaudi de' de-
preca. An. Elegit eos ex oĩ
carne: et dedit illis prece-
pta et legẽ vite et discipli-
ne. Ps. Exaudi de' ora. V.
Constitues eos. Lect. iiii.

BAptizato igit omni po
pulo / cõstruxit rex ec-
clesiam: in qua sedit btũs
matthe' annis viginti tri
bus. Ordinauitq; epos et
pbros: et ceteros sacri or-
dis mistros. Mortuo vo
rege / regnauit hyrtacus
pro eo qui cepit agere cũ
apostolo / vt ephigeniam
suo copularet coniugio.
Cui apostolus. Iube in-
quit conuenire eam cum
populo: et audias qũta bo-
na loquat de bono coniu-
gio: qm satis deo accepta
sunt cõiugia scta. R. Fa-

Eze. cies et pēnas per quatu=
i.c. or partes habebāt. Ince=
dētes nō reuertebant: sed
vnūquodqz ibat ante faci
em suam. ℣. Pedes eorū
pedes recti: planta pedis
vt plāta vituli. Ince. ℟. v.

Congregato igit populo simul cuz ephygenia: cuz apl's multa de bono cōiugio diceret / adiecit. Si regis sponsam regis seruus vsurpare voluerit: viu⁹ tradatur incē diis. Tu ergo rex ephigeniā chr̄o dedicatā / et regis celestis sponsā quō tu poteris copulare matrimo=
Eze. nio? ℣. Similitudo aspe=
i.d. ctus aīaliū vt carbonum ignis ardentium: et velut aspectus lampadax. Ubi erat spūs spēr⁹ illuc gradiebant cū ābularent. ℣. Et vnūquodqz eorū ibat ante faciē suā. Ubi. ℟. vi.

Irat⁹ hyrtac⁹ hoc audiēs abscessit. Cumqz celebrata ab aplo missa / vnusqsqz ad ppa remeasset: apl'us iuxta altare remansit: vt vbi fuerat corpus dn̄i ab eo confectum ibi consūmaret martyriū. Missus est igit ab hyrtaco spiculator / qui apostolū expāsis manib⁹ orantē ictu gladij a tergo punxit et sic martyrē fecit. Quo audito / discipuli btī apl'i martyriū ei⁹ cum gaudio celebrarūt: et pax famule chr̄i ephigenie et vniuerse eccl'ie hyrtaco mortuo cō firmata est. ℣. Quatuor
aīalia ibāt et reuertebantur in similitudinē fulguris chorusčātis: et erat in medio Splēdor ignis. Et de igne fulgur egrediens. ℣⁹. Erat autē quasi visio discurrēs i medio quatuor aīaliū. Splēdor. Glia. Et de. In .iii. noct. āi. Electi sunt i chr̄o ante mūdi cōstitutionē / vt essent sctī et immaculati i cōspectu dei i charitate. ps. Cōfitebimur. an. Sapentiā eox
narrāt oēs ppl'i: et laudē
eox pnūciat oīs eccl'ia sāctorū. ps. Dn̄s reg. ex. an. Spū intelligētie repleuit eos dn̄s: et ipsi tanqȝ ībres miserunt eloqa sapientie sue. ps. Dn̄s reg. irasc. ℣. Nimis honor. Se. matthei.

Illo tempore. Cum transiret iesus / vidit hominē sedētem in theloneo mattheū noīe: et ait illi. Seqre me. Etc. Omel. venera. bede pbri. ℟. vii.

Vidit saluator hominez

Margin notes (right column): Eze. i.d. (beside "Quatuor aīalia"); Eccl'i. 44. (beside "narrāt oēs ppl'i"); Mat. 9.a. (beside "Illo tempore")

non tam corporeo intuitu q̃ interne miseratiõis aspe ctib⁹: id est miseratus est eum pertinaci videlicet aio humanis tm̃ studijs dedi tũ: ⁊ tpalib⁹ lucris inhiã= tem: necdum euangelico
Eze. noie dignũ. ℟. Cũ aspice=
i.d. rem aialia apparuit rota vna iuxta ea: quatuor ha bens facies. Et vna simi= litudo ipsarũ quatuor. ℣. Aspect⁹ rotarũ ⁊ op⁹ earũ q̃si visio maris. Et. Le. viij.

Quod ob id vtiq3 sup na prouidentia fie= ri disposuit vt nullũ enor= mitas aut innumerositas suorũ scelerũ a sperãda ve nia reuocaret: cũ hũc tan tis mundi nexibus abso= lutũ tã celeste factũ cõspi= ceret: vt cõicato cũ ange= licis spiritibus vocabulo euangelista nominaret ⁊ esset mattheũ inquit no=
Eze. mine. ℟. iij. Statura erat
i.c. rotarũ ⁊ altitudo horribi= lis: totũq3 corpus plenũ oculis. Et aspectus earũ ⁊ opera quasi si sit rota in medio rote. ℣. Per qua= tuor partes ibant et non reuertebãtur cum ambu larent. Et aspe. Lectio. ix.

Mattheus hebraice / latine dicit donat⁹.

Quod profecto nomen il= li apte cõgruit: qui tantũ supne grẽ mun⁹ accepit. Uocabat̃ et leui: qđ inter= pretatur additus siue as= sumpt⁹. Qui per electionẽ assũpt⁹ est a dño: et addi= tus est ad numerũ grad⁹ apostolici. Uidit ergo do= minus publicanũ: ⁊ mise rando ait illi. Seq̃re me. Seq̃re autẽ dixit non tam incessu pedũ: q̃ executio= ne morũ. Et surgẽs / secu= tus est eum. ℟. Cum am
Eze. bularent aialia / ambula=
i.c. bãt ⁊ rote iuxta ea. Quo= cumq3 ibat spiritus Illuc pariter et rote eleuaban= tur sequẽtes eum. ℣. Cũ eleuarentur animalia de terra: eleuabantur ⁊ rote iuxta ea. Quocũq3. Gl'ia. Illuc. ℣. Dedisti heredi tatem. In laudibus aña.

Dilecti deo et hominib⁹ sancti euangeliste: qui or= nauerũt tẽpora xp̃i bono odore: vsq3 ad cõsumina= tionẽ vite. ps. Dñs regñ. aña. Dederunt in celebra= tionem operis sancti dec⁹ ideo memoria eorum est in benedictione in seculũ scl'i. ps. Jubilate deo. aña. Et omni carne laudaue= runt nomen sanctum dñi

vt āplificarēt nomen scti=
tatis. ps. De⁹ de⁹. an. Im
pleuit eos dñs spū sapiē=
tie ⁊ intellect⁹: iocundita=
tē et exultationē thesauri
zauit super eos. ps. Bene
dicite. an. Datū est opus
eoꝝ i veritate: ideo i terra
sua duplicia possidebūt:
et letitia sempiterna erit
eis in chro. ps. Laud. cp.
Silitudo. hy⁹. Exultet ce.
ꝟ. Annūciauerūt. an. In
medio ⁊ in circuitu sedis
dei quatuor aialia senas
alas habentia oculos vn=
diqꝫ plena: non cessant no
cte ac die dicere: sanctus/
sctūs/sctūs dñs de⁹ oīps:
qui erat/et qui est/et qui
ventur⁹ est. ps. Bñd⁹. Or.
Beati matthei aposto
li tui et euāgeliste do
mine pcib⁹ adiuuemur: vt
quod possibilitas nra nō
obtinet: eius nobis inter=
cessione donetur. p. Mēo.
de s. laudo epo ⁊ cfes. oro
vt s. Ad. i. an. Dilecti deo.
ps. De⁹ i no. an. Bras ps.
Quicunqꝫ. Ad. iii. an De=
derūt. ps Legē po. Cap.
Silitudo. R. et ꝟ. de cōi
apostoloꝝ ad oēs horas
dicunt. Ad. vi. an. Ex om=
Eze. ni. ps. Defecit. Cap.
i. d. Similitudo vult⁹ ani=
malium ⁊ aspectus eoꝝ
quasi carbonum ignis ar
dentium: et quasi aspect⁹
lampadarum. Ad. ix. an.
Datum est. ps. Mirabilia
testimonia. Capitulum.
Hec erat visio discur= Eze.
rens i medio anima i. d.
lium splendor ignis: et de
igne fulgur egrediens/et
animalia ibant ⁊ reuerte
bantur in similitudinem
fulguris choruscātis. Ad
ves. an. Iurauit. ps Dixit
dñs. et alie āc cū suis ps
de cōi apostoloꝝ. Cp. Si=
militudo. R. Cū ambula= 9. R.
rēt. hy⁹. Exultet ce. ꝟ. An=
nunciauerunt. an. Sapiē
tiam antiquorū exquisie=
rūt sancti euangeliste/et
prophetarū dictis narra=
tionem suam cōfirmaue=
runt. ps. Magt. Oratio.
Bti matthei. Memo. solē=
nis fiat de sancto mauri=
cio sociisqꝫ eius. Oratio.
Annue q̄s oīps deus
vt nos sctōꝝ mar=
tyrū tuorū mauricii/exu=
perii/cādidi/victoris/vi=
talis/innocentii/ac socio=
rum eorūdem letificet fe=
stiua solēnitas: vt quorū
suffragiis initimur nata=
litiis gloriemur. p. ℭ San
cti mauricii sociorūqꝫ ei⁹

martyrum. ix. lc. or. vt supra. Ad matutinas. Lc. i.
Diocletianus quondam romane reipublice princeps cum maximiano collega imperium tenuit: qui eundem maximianum in galliam persequi christianos destinauit. Cuius in adiutorium: legionem thebeorum ire precepit. Que legio sex milia sexcentos sexaginta et sex viros validos ꝛ armis instructos habebat qui omnes christiani erant. Lectio. ii.
Maximianus autem octodorum venit ibiqꝫ idolis sacrificaturus iussit omnem exercitum suum ad sacrificia conuenire. Quod cum ad noticiam thebee legionis peruenisset: octodorum preteriens ad locum cui agaunum nomen est: celeriter properauit. Tu autem. Lectio. iii.
Erant autem in eadem legione primicerius mauricius signifer exuperius / ꝛ candidus senator. Hi viri in rebus bellicis strenui erant et virtute nobiles sed fide nobiliores. Dictumqꝫ est eis cesarem iussisse omnes milites diis offerre libamina / et vt ipsi octodorum redirent. Lectio quarta.
Tunc hi qui legioni preerant responderunt se ad committenda sacrilegia octodorum nolle redire. Quod cum maximiano nunciatum fuisset ira repletus iussit decimum quemqꝫ funesta morte perire. Traduntur ergo neci: quos ordo reperit numerandi. Lectio. v.
Sanctus vero mauricius paululum a satellitibus regiis segregatus conuocata legione ait. Gratulor virtuti vestre commilitones mei quod amore religionis nullam vobis preceptum cesaris formidinem attulit. Gaudentibus quodammodo animis tradi ad necem gloriosam commilitones vestros vidistis. L. vi.
Milites igitur christi a sancto mauricio confortati: equali omnes animo vna voce cesari renunciant: dicentes Non inquias longius latitantes nos omnes christianos esse cognosce. Cum ergo hec cesari nunciata fuissent: precepit vt iterum decimum quemqꝫ trucidarent. Lectio septima.
Peraguntur igitur iussa crudelia: ꝛ reliqui vt octodorum veniant iubentur ad sacrificandum. Sanctus vero mauricius cesari

nunciauit / dicens. Mili-tes sumus imperator tui: sed tamē seruitutem libe ram cōfitemur deo a quo vite exordiū sumpsimus sequi in hoc imperatorē non possumus vt aucto rem nostrū negem⁹ deū. Christiani sum⁹ persequi christianos nō possum⁹. Insuperabiles huius le-gionis animos cognosce. Tela proiicimus: fide ca-tholicā pect⁹ est firmatū. Occide prosterne: reseca-das gladiis ceruices pre-bem⁹ intrepidi. Lectō. viij.

Cūq; verba legionis ce-sari nūciata essent ille q̄si nichil sceleris perpetra-tum fuisset: ire ꝓpe exer-citum iubet: ꝛ circundari legionē imperat / nullūq; de tanto sanctoꝝ exercitu relinq̄. Ois etas sine dis-cretione a carnificib⁹ peri mitur. Laniant ergo cor-pora sctōꝝ: ꝛ deuote deo aīe fideli mortis ꝓfessio-ne commēdantur. Sicq; interfecta est illa plane bea torum legio. Lectio. ix.

Peracta tādem cede: in-ter oēs sctōꝝ percussores ꝑda diuiditur sic: vt qui-cūq; legiōis illi⁹ militem iugulasset: iugulati spo-lijs vteretur. Hec aūt tm̄ de numero illoꝝ / ꝛ multi-tudine martyꝝ nobis cō-perta sunt noīa: scz mau-ricij / exuperij / cādidi / vi-ctoris / innocentij / atq; vi-talis. Cetera vero nobis incognita ī libro vite sūt scripta. Cetera de cōmu-ni plurimorum martyꝝ.

¶ Scte tecle virgi. iij. lec. cū noct. omnia fiāt de cō-mui⁹ vgi. nō mart. non di Te deū. qñ fest. scte tecle virgi. in sabbō. iiij. tēpoꝝ eueñ. fiāt matu. de sctā te-cla. ꝛ missa de iiij. eptib⁹.

¶ Scti firmini epi ꝛ mar. iij. lec. cū oratione de cō. Cetera omnia fiant de cō-mui⁹ marty. ꝛ pontifi. Ad matu. Inuit. simp. Lec. i.

Firminus vero cum esset decē ꝛ septē fe-re annoꝝ: literis ꝛ catho-lica doctrina instructus cepit religionis studio ꝓ-ficere. Nā ad ecclesiā ho-ris singulis inhianter in-tendēs laudes ꝛ honores deo ꝛ sctis ei⁹ reddere ꝓ-perabat assidue. Lectō. ij.

Cūq; ꝓficeret annos fe-re septē in religionis stu-dijs: ꝛ sapiētie gradibus ad virtutum culmina ꝓ-mineret: ꝛ honest⁹ pbr̄ in

senectutis sue tpe aggrauat⁹ esset: sepe dirigebat eos per vicos ⁊ suburbana ciuitatis vt ꝑdicationis verbo populū iā deo deuotum confirmaret/et ad xpiane religionis studium reuocaret. Lectō iij.

Considerās vero honestus gratiā spiritalem in eo esse dixerit eum ad honoratū Tholosane vrbis epm. q̄ eū in epat⁹ gradū ⁊ grām: imposit; manib⁹ consecrauit. Cōfessus est igit xpm in martyrio beatus firmin⁹ eps ⁊ martyrizat⁹ est i ciuitate ābianesiū: sub die decimo kalendas octobris. Cetera de cōi vnius marty. ⁊ pōti.

¶ Sctōꝝ mr. cypriani ⁊ iustine vgi. iij. lc. iuit. dn ꝑ. cū or. de cōi. Ad mat. l. i.

Cyprianus vero eps scrām iustinā virginē ꝓmouit i monasterio virginū abbatissam: ⁊ cōstituit matrem in monasterio virginum. Multos etiam cyprianus per verbū dei illuminabat ⁊ conuertebat augēs gregem xpo. Sanct⁹ vero cyprianus eps per eplas suas oēs vt paul⁹ apls cōsolabatur ac ꝯfirmabat ⁊ per

ciuitates singulas mltos cōuertebat de errore. L. ij.

Malignus aūt serpēs vt assolet / scilicet diabolus per suos impios homies eutholimio comiti orientis suggessit ꝙ cyprian⁹ eps doctor xpianorū ipse destruit gloriā deorū nostrorū / ⁊ omnē orientem seducit per magicas artes cum quadam virgine nomine iustina suadens dijs non immolare. Lc. iij.

Ducti sūt igit cyprian⁹ ⁊ iustina ad fluuiū q̄ vocat gall⁹/vt decollarētur. Theognitus vero quidā xpianus vidēs cyprianū qr ducit decollari: currēs osculatus est eum. Ferinus quidā regis cognatus hoc vidēs irat⁹ theognitum iussit decollari. Sicq; cyprian⁹ theognit⁹ et iustina martyrium cōsummauerunt. Cetera de cōi plior. mart. ¶ Sctōrū cosme et damiani fratrum marty. iij. lect. Oro.

Magnificet te dn̄e sanctorū martyrū tuorū cosme ⁊ damiani beata solennitas qua et illis glriam sempitnā / ⁊ opē nobis ieffabili tua ꝓuidētia ꝯtulisti. Ad ma. iiij. d. l. i.

Temporibus diocle-
tiani et maximiani
imperatorū: facta est per
secutio xpianorum in ciuita
te egea. Sedēs itaq; pcō-
sul lysias pro tribunali: si
bi cosmā et damianū ius-
sit p̄sentari. Cunq; sacrifi-
care nollent / iussit eos vin
ctos torq̄ri: et sic in mari
iactari. Sed statim ange
lus dn̄i affuit / qui vincu-
la eorum dirupit / ⁊ eiecit
eos de mari illesos. Lc. ij.
Audiens ista proconsul
furore cōmotus: iussit eos
in carcerē recipi. Sequen
ti autē die iussit eos pro-
duci ignēq; copiosum suc
cendi ⁊ in eū sctōs marty
res iactari. Ipsi vero i eo
steterunt illesi: ita vt nec
capillus eorum exustus
esset ab igne. Lectio iij.
Tunc iussit eos in equu
leū suspendi ⁊ torq̄ri: cru-
cifixosq; lapidari: sed an-
gel9 domini eos custodie-
bat illesos. Uidēs autem
proconsul q nichil eis no-
cere posset: turbatus vsq;
ad mortem / capita eoru3
amputari fecit. Et statim
carnifices accedentes gla
dio amputauerūt capita
eorum. Et sic in pace san-
ctas animas deo reddide
runt: suscipiētes victorie
palmam. R. Hec est vera
fraternitas. Cetera de cō-
muni plurimorum marty.
C Scti michaelis archan
geli. Ad vesp. sup pos an.
Excelsi regis filiū collau-
dant ciues celici: quē che
rubin ⁊ seraphin sanctus
proclamant seduli. Psal-
mi feriales. Capitulum.
Significauit de9 que apoc.
oportet fieri cito lo- i.a.
quēs per angelum suum
seruo suo iohanni: qui te-
stimoniū perhibuit verbo
dei / ⁊ testimoniū iesu chri
sti in his quecunq; vidit.
R. Te sctm̄ dn̄m in excel- 9. R.
sis. V. Cherubin. Hymn9.
Tibi christe splendor
patris vita virt9 cor
dium in conspectu ange-
lorum votis voce psalli-
mus alternantes concre-
pando / melos damus vo
cibus.
Collaudemus veneran
tes oēs celi milites s3 pre-
cipue primatem celestis
exercitus michaelē in vir
tute contererētem zabulon.
Quo custode procul pel-
le rex xpe pijssime om̄e ne-
phas inimici mūdo corde
⁊ corpore paradiso redde
tuo nos sola clementia.

Gloriã patri melodis p̄sonemus vocibus gloria ꝛ xp̄o canamus gloria paraclyto q̄ de⁹ trin⁹ et vn⁹ extat añ scl'a amẽ. ℣. In conspectu angelorũ psallã tibi de⁹ me⁹. ℟. Adorabo ad tẽplũ sctm̃ tuũ ꝛ cõfitebor noĩ tuo. an. Dũ sacrũ mysteriũ cerneret ioãnes archangelus michael tuba cecinit: ignosce dñe deus nr̃ q̄ apis librũ ꝛ soluis signacula ei⁹ al. Mḡt. or.

Ps. 134.

Apo. 5.b.

Deus qui miro ordine angelorum ministeria hoĩmq̧ dispensas: cõcede p̄piti⁹: vt q̄bus tibi ministrãtib⁹ i celo semper assistit / ab his in terra vita nr̃a muniat. Per. Exceat proces. ad altare eiusdem cantando. ℟. Fidelis sermo. ℣. Stetit angelus iuxta aram templi ℟. Habens thuribulum aureũ in manu sua. Oro.

Apo. 8.a.

Beati michaelis archãgeli intercessione suffulti te dñe supplices dep̄camur vt quos honore prosequimur: contingamus ꝛ mẽte. p. In redeundo de. s. maria. Ad cõple. oĩa fiãt sicut i fest. sancte cri. Ad mat. inui. Cuncta agmina angelorũ adorãt regem celorum. Et inter eos egregius michael archangelus venite adoremus. ps. Venite. hy. Tibi christe. In primo noct. ana. Introibo in domum tuam dñe et adorabo ad templum sanctũ tuũ. ps. Verba. a. Stetit angelus iuxta aram tẽpli habens thuribulum aureũ in manu sua. ps. Dñe dominus noster. a. Ascẽdit fumus aromatum in conspectu domini de manu angeli. ps. In domino cõfido. ℣. Stetit angelus iuxta arã templi. Lectio prima.

Ps. 5.

Apo. 8.a.

Ibid.

Nouem esse angelorũ ordines testante sacro eloquio scimus. Angelos / archangelos / virtutes p̄tãtes p̄ncipat⁹ dñationes / thronos / cherubin ꝛ seraphin. Enumeratis nunc angelorũ choris eorũdẽ ministeria subtiliter exprimamus. Greca etenim lingua angeli nuncij vocãtur. ℟. Factũ est silẽtiũ in celo dũ cõmitteret bellũ dracho cum michaele archangelo. Et audita est vox milia miliuꝫ dicentiũ. Salus honor et virt⁹ oĩpotẽti deo. ℣. Milia miliũ ministrabãt ei

Apo. 12.

et decies milies centena milia assistebant ei. Salus honor. Lectio secunda.

Sciendum est q angelorum vocabulū nomen officii est non nature Nā illi sctī celestis pr̄ie/ semp q̄dē spūs sūt: sȝ tūc solū angeli vocanł cū per eos aliqua nunciant/sed qui minima nunciant angeli: qui vero summa nūciant archangeli vocātur

Apo. 8.a. ℟. Stetit angelus iuxta aram tēpli habens thuribulū aureū in manu sua et data sunt ei incēsa multa. Et ascēdit fumus aromatū de manu angeli in conspectu dn̄i. ℣. Factum est silentium in celo et accepit angelus thuribulū et impleuit illud de igne altaris. Et ascen. Lect. iii.

Sȝ idcirco p̄uatis nominibus censenł vt signetur p̄ vocabula etiā in opatione quid valeant Non enim ideo propria noīa fortiunł ne eoꝝ persone sine nominibus sciri non possint in celo. Sed cū ad nos aliq̄d ministraturi aduenıūt apud nos etiā nomia a ministeriis trahunt. ℟. Hic est michael archāgelus p̄nceps militie āgelorum. Cuius honor p̄stat bn̄ficia pplorū. Et oratio perducit ad regna celorū. ℣. Archāgele chr̄i per grām quā meruisti te dep̄camur vt eripias nos a laqueo mortꝭ. Cuius. Glia. Et. In. ii. no. an. Michael archangele veni in adiutorium populo dei. ps. Dn̄e q̄s ha. an. Michael prepositus paradisi quē honorificāt angelorum ciues. ps. Exaltabo. an. Gl'iosus apparuisti in conspectu dn̄i ꝓpterea decorē induit te dn̄s. ps. Dēs gē. ℣. Ascēdit. Lc. iiii.

Michael quis vt de⁹. Gabriel autem fortitudo dei. Raphael vero dicił medicina dei. Et q̄a angeloꝝ noīa interpretādo pstrinximus: nunc superest vt ipā officiorū vocabula breuiter exequamur. Uirtutes em̄ vocantur illi spūs p̄ quos etiaȝ miracula frequēter fiunt Ptātes etiā vocātur hi q̄ hoc potentius ceteris in suo ordine perceperūt vt eoruȝ ditioni virtutes aduerse subiecte sint et refrenate: ne corda hominum tantū tētare valeāt quantum volunt. ℟. Uenit mi

chael archangelus cum multitudine angeloꝝ cui tradidit deus aīas sacto: rū. Ut ꝑducat eas ī para disū exaltatiōis. ℣. Data ē ptās archāgelo michae li sup aīas sctōꝝ. Ut. ℟. ℣.

PRincipatus etiā vo: cantur ꝙ ipsis bonis angeloꝝ spiritibus ꝑsunt et eis diuina mysteria ex plenda dispōnūt. Dn̄atio nes aūt vocātur ꝙ etiam ptātes ꝑncipatuū dissimi litudine alta trāscendunt Qui cū mira potentia ꝑ: eminēt: ꝓ eo ꝙ eis cetera agmia ad obediendū sub iecta sunt dn̄ationes vo: cant. ℟. In tp̄e illo cōsur: get michael qui stat ꝓ fi: liis vestris. Et veniet tem pus q̄le nō fuit ex eo ex ꝙ gētes esse ceperāt vsq̄ ad tēpus illud. ℣. In tp̄e illo saluabit meus ppl's oīs ꝙ inuētus fuerit script⁹ in libro vite. Et. Lectio sexta

Daň. 12.a.

THroni quoq̄ illa ag mina vocantur qui bus ad exercenda sua iu dicia semper deus presi: det: qui tāta deitatis gra: tia replentur/vt in eis do minus sedeat: et per eos sua iudicia decernat. Che rubin quoq̄ plenitudo sci entie dicitur. Et idcirco cherubin vocant quia tā to perfectiore sciētia ple: na sunt quanto claritatē dei vicinius contēplātur Seraphin vocātur agmi: na: que ex singulari pro: pinquitate cōditoris sui incomparabiliter ardent amore. Quoꝝ ꝑfecto flā: ma amor est. ℟. Fidelis sermo et oī acceptione di: gnus michael archange: lus qui pugnauit cū dia: bolo. Gratia dei ille victor in celis extitit. Et ille ho: stis antiqu⁹ pass⁹ est rui nā magnā. ℣. Gaudēt an: geli et exultant archāgeli et collaudant xp̄m regem virtutes celorū: q2 qui se: ducebat oēs gētes perē: ptus ē a michaele archan gelo. Gratia. Gl'ia. Et ille.

In iii. noc. aň. Cōcussū est mare ꝛ contremuit terra vbi archāgelus michael descēdebat de celo. ꝑ. Dn̄s regna. exul. aň. Data sunt ei incensa multa vt adole ret ea ante altare aureū: qd̄ est ante oculos dn̄i. ꝑs. Dn̄s reg. iras. aň. Laude: mus dominū quē laudāt angeli quem cherubin et seraphin sctūs sctūs san: ctus ꝓclamāt. ꝑs. Bn̄dic.

Apo. 8.a.

℣. In cōspectu angelorum.
Secundum Mattheum.

Mat. 18.a. In il. tp̄e. Accesserunt discipuli ad iesum dicētes. Quis putas maior est in regno celorū: Et aduocās iesus paruulū statuit eū i medio eorū. Et reliq.
Om. b. maximi epi. le. vij.

Si diligēter audistis euāgelicā lectionem: intelligere potestis que ministris dei reuerentia debeatur: vel qua ipsos clericos inuicem humilitate se oporteat preuenire. Ait enim dn̄s percunctantibus discipulis: qs eorū in regno celorū maior esset futurus: statuto corā eis puero. Quicunq; humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorū. ℟.

Baru 6.a. In conspectu angelorum nolite timere vos enim in cordibus vestris adorate ꝛ timere dn̄z. Angelus enim eius vobiscū est. ℣. Can
p̄o. 32 tate ei canticum nouum bene psallite ei in vociferatione. Angelus. Le. viij.

